

D Y

quoties Plutarchus, Plinius, & Galenus. Scripsit Epistolam de bona ualeudine ad Antigonom, quæ a Copo latinitate donata, etiam nunc ab omnibus legitur.
Dyoscyamos, Hyoscyamus apud Dioscor. libro. 4. capite. 72.

D Y P

Dyptæ. Lege, Mergum.

D Y S

$\delta\upsilon\sigma\kappa\omega\iota\lambda\omega$ uocantur apud Paulum, quibus difficilior est aliis.

$\delta\upsilon\sigma\kappa\omega\iota\alpha$, grauitas auditus, uel incertus aurium sonus.

$\delta\upsilon\sigma\epsilon\nu\tau\epsilon\gamma\alpha$, tormentum, & intestinorum exulceratio, cum inflammatione & excretione sanguinolentorum, foeculentorumq; uen trem & intestina dolor exercet: frequens desidendi uoluptas est. A $\delta\upsilon\sigma$, quod est, malum, & $\epsilon\nu\tau\epsilon\gamma\mu$, quod est intestinum. Teut. Bluot ruor. Nonnulli non solum hanc, sed aliam quoq; quæ cruenta, ob excrementorū speciem nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum syncerus, plurimusque sanguis, interdum ueluti limus, & fæces ipsius nō paucæ quantitatis excernuntur. Verum hæc affectio iocinoris species esse censetur. Ea uero per quā syncerus multisq; sanguis excernitur, uniuersum corpus plerumq; euacuat. Galenus de locis affectis. lib. 2.

$\delta\upsilon\sigma\epsilon\omega\iota\lambda\omega\tau\alpha$, ulcera que cicatricem ægre ducunt.

$\delta\upsilon\sigma\kappa\iota\alpha$, pariendi difficultas, quæ fit uel parentis ratiōe, uel infantis, aut $\tau\omega\chi\omega\rho\iota\omega\iota\omega$, crassi nimis, aut prætenuis.

$\delta\upsilon\sigma\omega\delta\iota\alpha$, grauitas anhelitus.

$\delta\upsilon\sigma\omega\nu\gamma\iota\omega\mu$, quod tumultuosa insomnia excitat.

Dyosmos, Scordium, Dios. lib. 3. cap. 123.

$\delta\upsilon\sigma\omega\sigma\mu\alpha$, foetida.

$\delta\upsilon\sigma\omega\pi\mu\alpha$, inconcocta.

$\delta\upsilon\sigma\pi\epsilon\psi\alpha$, ægra uentriculi concoctio: quā Plinius cruditatem appellat. $\&\omega\tau\omega\tau\omega\pi\mu\alpha$, id est, coquo & digero. Fit autem, ut inquit Gale, de locis affect. lib. 4. aut ob uiarium imbecilitatem, aut uiarum spiritus angustiam, aut uehementem in corde & pulmone calorem.

$\delta\upsilon\sigma\pi\nu\iota\alpha$, uocatur īmodica spiritus retētio, inordinata spiratio, uel spirādi difficultas. Inde $\delta\upsilon\sigma\pi\nu\iota\kappa\omega\iota$, qui hoc affectu laborat, quib. per angustias redditur spiritus elisus.

D Y

$\delta\upsilon\sigma\pi\epsilon\pi\mu\omega\iota\mu$, quod ægre concoquitur.
 $\delta\upsilon\sigma\omega\mu\mu\alpha$, quibus lotum ægre exit, idem quod Stranguria: quis eam Galenus à Stranguria dispescuerit. Quoniam hæc modo fit $\delta\upsilon\sigma\chi\epsilon\mu\alpha\tau\omega\mu\omega\iota\mu$: hæc uero $\nu\omega\tau\omega\pi\mu\alpha\pi\mu\omega\iota\mu$.

Dysuria, urinæ difficultas.

D Y T

Dyticon, Volucrū apud Diosc. lib. 4. ca. 15.

Dyticos, Smilax apud Diosc. lib. 4. ca. 145.

E $\epsilon\pi\mu\mu$ græce, latine Ver uocant.

E $\pi\mu\mu$, pubes, uel pubertas ipsa.

Ebenitis, Polium montanum apud Diosco ridem libro. 3. capite. 122.

Ebenus, Indiæ arbor preciosissima, insigni magnitudine. Plinius libro. 12. capite. 4. Dioscor. libro. 1.

$\pi\mu\mu\mu$ Græce uocant, quod nos pubem: & eandem multis quoq; nominibus alijs.

Ebicum dicimus, qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plerumq; usui uenit, autoritate Festi Pompei grammatici.

Ebulus, Chamæacte apud Dioscoridem libro. 4. capite. 185.

Ebur Græcis uocatur $\epsilon\lambda\epsilon\varphi\alpha\sigma$, eodem scilicet quo ipsum animal nomine, ex quo desumitur: quamq; animal ipsum et Elephas quoq; uocatur a græmaticis vulgo. Ebur uero alijs cornu, alijs dentem esse uolunt Elephanti.

E $\epsilon\pi\mu\mu$

$\epsilon\pi\mu\mu\mu$, ictu infringere.

$\epsilon\pi\mu\mu\mu$, quasi effractio, caluæ diuisio, in quā offendit os disruptum fuerit. Quod si in hoc genere a reliquo osse pars offensa discesserit, Aposceparnismos tunc dicitur. Præterea $\epsilon\pi\mu\mu\mu$, ictu infringere est, $\sigma\kappa\pi\mu\mu\mu$, unde & fit Aposceparnismos, est ancipiti securi pcutere, $\sigma\kappa\pi\mu\mu\mu$ enim Græci securim significant: & quoniam grauiore eius ictu percussa ossa dissipant, ideo huiusmodi caluæ fractura sic nominata est.

E $\epsilon\pi\mu\mu$ **H**

Echæneas, uel Achenas Græci uocant ceruorum genus prægrande.

Echeonymon, Polycnmeon apud Diosco. libro. 3. capite. 107.

$\epsilon\chi\mu\mu\mu$, Lege, Vipera.

E C

ἐχίδνησ τάρπεινηνα caro.

Echineis, parvus pisces, assuetus petris; hoc carinis adhaerente, naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito. Plinius libro. 9. capite. 25.

Echinion, Hippophaos apud Dioscoridem libro. 4. capite. 165.

Echinometra, Lege. *ἐχίνος θαλάσσιος.*

Echinus quoque grecis uas æreum significat, in quod testimonia coniecta signabantur. Sed & fœni partem.

Echion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 30.

Echion alterum, Ocimoides apud Dioscor. libro. 4. capite. 31.

ἐχισ. Lege. Vipera.

ἐχίνος θαλάσσιος, id est, Echinus marinus. Alius pisces est ab eo, qui Echineis, hoc est Remora, siue Remeligo dicitur, adhaerens natibus, & medio mari cursus earum impediens, palmari longitudine, pedali, semi pedalium crassitudine, magnæ Limaci similis; Odynolion uocatus a quibusdam, quia partus grauidis alligatus, resoluat, inueteratus sale. Alij & muricis quoddam genitus hoc nomine, potentiam accipiunt. At Echino, id est, Erinaceo spinæ pro pedib. sunt, quibus uoluitur in orbem, nec aliter ingreditur. Itaque de ritis saepe aculeis inueniuntur. Ex hoc genere appellamus Echinometras, & Julius Pollux Metras, quib. spinæ longissimæ, calicesque minimi. Necque omnibus idem color nitreus. Circa Tornem candidi inueniuntur, spina parua. Oua omnium amara, quina numero, nec nisi per hyemem, atque plenilunijs. Ore in medio corpore, in terram uerso. Echines aliqui Patangos nominant. Sed Aristoteles tria eius genera dinumerat: Ouarios, qui & manduntur, Patangos, & Bryssos, Haberi & fluviatiles Echinos Paulus Aegineta prodidit. Plura Plinius libro. 32, capite. 15.

ἐχίνος χερσαῖος, Erinaceus terrestris, uallatus aculeis, operto ore, pedibusque, ac parte: inferiore quam rara tantum & innocua lanugo operit. Describitur a Plinio libro. 9. capite. 31.

Echion herba uiperina; fortasse quod uipere similis sit. *ἐχισ* enim uiperam significat.

ἐχίνος θαλάσσιος, Echinus marinus. Dioscorides libro. 2.

Echium an sit Alcibitum, require etiam Her-

E C

barij nostri Tomo secundo.

ἐχλωτηριασμ, Aegyptiorū lingua Blitum. *ὑγθόνιοι τελεται σεφοσ ἡγεσιλιον* fortasse Anagallidem intelligens. Nam & Di scorides hanc a nonnullis uocatam Sauritum manifeste pdit, aut certe Sinapi: quod & ab Athenensibus quoque Saurion uocatur, uel potius Nasturtium, quod Sauridion uocatum fuisse in ueterum commentarijs legitur.

ἐχωδήτοι, a uipera morsi.

E C I

Ecidion, Lege, Mustela.

E C L

Elegma, siue Ecligma, ut alij legunt, græce *εὐλοιτοσ*, quodcumque lingendo absuntur, *ἀπὸ τοῦ ἀλιγειψ*. Vocantur & Mellicisimi. Nos barbare confectiones uocamus quae ex melle fiunt.

ἐκλικτοφ, quod latine uertitur Elegma, uide Elegma.

E C M

ἐκμαγμα, id est, Crocomagma, teste Gale.

E C N

Ecnebias., Plinio libro. 2. capite. 50. latine procella dicitur: quæ ut inquit Aristoteles, uentus is est, qui disiecta nube, crassitudinem eius in se se discutit, absunitque. Ob id Plinius siccum ab eo nubem rumpit tradit, hoc est, sine imbris. Nam qui cum imbris nubem repente frangunt, Exhydræ nominantur.

Euticleus, Euryphon, Euenor, Euphorion, Olinthus, Patroclus, Leonides Alexanderinus, Mnasestheus, Praxias, Atlas Pamphiliensis, Theudas, Calicles, Diodorus, Lysias, Polycarpus, Nileus, Moschos, Paphenius, Aristogenes, Ctesiphon, Ariston, Numenius, Hecathæus, Medus, Sosgoras, Miletus, Artemon, Diagoras, Citeius, Praxagoras, a ueterib. citantur medici celebres.

E C P

Ephyades, Vide. Apophyades.

ἐκφυσισ, quod ex piluro primum oritur intestinum: alias Duodemum, uel Duodecatylum.

ἐκτιτεσμα, in multas partes caluæ effractio est, in qua profundius ossa descenderint, et cerebri membranā cōtactu suo premunt.

ἐκτεσμα, quam Galenus uocat *ὁλιοχέρων μανιαν*, ad breue tempus insaniā, uatum & poetarum Enthusiasmo similis, Qualis

E C

est, cum auditio tibiarum, tympanorumq; aut cymbalorum sonitu circa tempora discurrentes aliqui uaticinantur. Quod genus hominum Phanaticos, antiquitas uocauit, & in seruis uitium: pro quo, tanquam morbos & inutiles redhibendi essent, antiqui iure consulti decreuerunt: appellaueruntq; Græce ἐκσασιψ, ἀπὸ τοῦ ἔξισαδη, quod extra se ipsum egrediatur & stet alius. Non aliter q; lepidissimus Græcorū Comicus uocabat, in fabula quæ inscribitur Acharnes, Euripedem intus, nō intus esse: corpore quidem domi, & intra domesticos parietes, mente aut & animo foris.

Ecpiesmus, ἀπὸ τοῦ ωτεζεψ, quando ita premuntur oculi, ut exerti preseuerent, & plus iusto patentे sunt, ut cōtingit athletis in certamine compressis.

ἐκτελεθείζεψ, quum in plethro, id est, in sexta quavis parte stadii prorsum, retrorsumq; uicissim, id est, saepe, in utrancq; partem sine flexu cursitans, unoquoq; cursu breue quiddam de spacio demit, quoad deniq; in uno congressu constiterit.

E C S

ἐκδασις. Hunc morbum Gale, uocat ὀλυγοχεονίαψ μανίαψ, id est, ad breue tempus insaniam. Vatum & Poetarum Enthusiasmo similis. Qualis est, cum auditio tibiarum, tympanorumq; sonitu, aut cymbalorum, circa templum discurrentes aliqui uaticinantur. Quod genus hominum Phanaticos antiquitas uocauit: & in seruis uitium est: pro quo tanq; morbos atq; inutiles redebantur antiquitus. Appellaueruntque Græci ἐκσασιψ ἀπὸ τοῦ ἔξισαδη, quod extra se ipsum egrediatur & stet alius. Latine, stupor & mentis excessus, uel captio. Fit aut uel ex nimio pauore, uel subita aliqua reuelatione.

Ecstomos, Veratrū apud Diosc. li. 4. ca. 152

E C T

ἐκτρίμματα, e longo decubitu ulcera, atq; foramina.

ἐκτικνη dicuntur dispositionem habere in se, quæ tenaciter hærent.

ἐκτρώωψ, morbus palpebræ inferioris, quando sursum attollitur. Celsus libro. 7. sed pendet ac hiat, nec potest cum superiore committi. Atq; id evenit quoq; interdum ex uito malæ curationis, interdum ex senectute.

E C

Ectropium, inferioris partis oculi uitium, contrarium Lagophthalmia, de qua uide Paul, libro. 6. capite. 12. ἐκτρώσμος, id est, abortus.

E C Z

ἐκτέματα καὶ ἐξεβλήματα, quæcumq; pueris in capite erumpunt multorum generū ulcera & pustulæ.

E D O

ἐδωδίσμος, esibilis, aptus esui. ἐδρικὰ ελκη dicunt, quæ sedi adnascuntur ulcera: ἀιδοικά, quæ pudendis. ἑδρύχεον, unguentum quod in Coo fieri solebat.

E F F

Effectus uocatur, qui caussam ipsam consequitur.

Effluxiones, uocantur missiones menstruarum, & seminis concæpti ad instar lactis eruptiones intra septimum diem a conceptione.

E G

Egula, tertius genus sulfuris: cuius usus est ad suffiendas lanas: quia candorem tantum, molliciemq; confert.

ὕγντερία, lege, Hegeteria.

E I A

Eiaculatio, est ignis, enatus attritus, in aere pernici motu inuehens: ob eamq; perniciatem oblongam formam simulans.

E L A

Elachatae, pisces sunt.

Elaphicon, herba Ceruina, uel Elaphobosccon, apud Dioscor. lib. 3. cap. 78.

Elaphobosccon, id est, Salvia apud Dioscor. libro. 3. capite. 38.

Elaphoboscum, Ferulaceum est geniculatum, digitæ crassitudine, folia oleris atri. Dioscor. libro. 3. cap. 78. latine sane Cerui ocellus. Meminit & Plinius lib. 22.

Elaphoscorodon. Lege, Allium. Alias, ἐλαφόβοσκον.

ἐλάφου κέρας, ceruinum cornu.

ἐλάτη, tenellum palmæ germen secundum Gale, iuxta Dioscor. ipsum fructus tegumentum, τερπικάλυμμα τοῦ καρποῦ. Lege Dioscoridem libro. 1. Pliniū libro. 12. capite. 28. libro. 23. cap. 6. Theophrastū libro 3. Plantarū. Paulū Aegin. libro. 6. Secundum Hisichium, prima palmæ germinatio. Alio nomine Abes.

Elatem arborem uocant, quā nos abietem,

E L

alijs palmam, alijs spathen appellant. Plinius libro. 12. capite. 29.

Elaterium, Cucumer sylvestris, apud Dioscoridem libro. 4. capite. 155. Vel succus cucumeris sylvestris, ut inquit Scribonius Largus.

Elaterium, medicamentum quomodo paratur, uide apud Dioscor. lib. 4. cap. 156.

Elatine, similis Helxine apud Dioscoridē libro. 4. capite. 43.

Ἐλάτινον ἔλατον, quod ex palmæ elate, id est, contice corficitur oleum.

Elatinum unguentū e palma fit clare, quā nostri palmam abietem uocant.

Elaphoscorodon, idem quod Apocynon apud Dioscot. lib. 4. cap. 84.

E L C

Ἐλκη ἐν ἀκρωτηρίοισ, ulcera quæ proueniunt extremitatibus.

Ἐλκῶδεσ, exulcerata caro, quæ apparet ubi rupta sunt ἐξευθύματα.

Ἐλκωσισ, id est, exulceratio, precipue in collo, hoc est, τὸν τρέχαλον.

Ἐλκτική, id est, attractiva uis.

E L D

Eldia, Dictamnum apud Dioscoridem libro. 3. capite. 35.

E L E

Electuarium, uel rectius Electarium, sit ex pulueribus simplicibus, aut speciebus.

Electarium ducis, sic muncupatū, ut inquit Nicolaus, quia ab Abbe de Curia, produce Rogerio filio Roberti compositum fuit primum. Est apud Nicolaum.

Electarium Psilli, de Psillio.

Electarium de succo rosarum celebre, & in usu: ab rosis sic dictum, apud Nicolaum in Antidotario.

Electarium lētificans, ab lēticia mentis quā induit, citatur ab Nicolao.

Electrum. Electri quidam tria genera constituunt. Ex arborū succo primum: quod inde Succinum dicatur; ut nō sit quod Homerus nouerit. Secundum naturale, quinta pare argenti; ut in Canaliensi auro. Tercium cura fit, ex tribus auri partib., & una argenti: quanq; ad quintam partem argenti accedit in incudibus, nec resistat. Errare existimat Plinius, qui melius esse putant naturale, cuius probatio, ut ueneno accēpto stridorem emittat, & uarios quasi artus coelestis inde similitudine reddat co-

E L

lores. Narratur & hoc ad lucernarum lumina clariss argento splendore. Electrū, inquit Strabo, purgamentum ipsius auri, coctura prima, quod ex sulphurosa cuiusdam cretæ comitatu fit, argentum, aurumq; in se complectens. Chymistē Phae tonitem uocant. Diuersum ab hoc uidetur esse genus, quod Ambra, siue Ampar caninum dicitur, Aetius Ambar, nos Succinum orientale uocamus, incomptum ueteribus, multis locis scaturiens, bituminis & sulphuris modo. Discrimen eius triplex. Russum, & pingue præferunt. Selachiticum a municipio quodam Indiae uocatum, ubi nascitur. Subalbidum ex Arabia felici. Minus pbatur e maritimo quodam oppido cui Sechra nomen est: deterri mū nigrescit, quod pisces deuorauere. Hęc in Corol. Barba, nigræ Populi. De Electro, siue succino multo plura, & unde nomen sortitū sit, Plinius lib. 37. cap. 2. 3. 4. Ἐλέα ἄγρια, olea agrestis.

Ἐλαῖον σικυώνιον, oleum Sicyonium: sic dictū, q; in Sicyonia maxime fieri consuevit.

Ἐλαῖον κοίνον oleum commune,

ἴλατωδεσ. Lege, Sanguis.

ἴλοι, calli.

Elelisphacos, saluia, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 38. differt a Sphacelo: quod altera mitior est, altera sylvestris. Sphacelo folium breuius, & leuius. Elelisphacos squalidius & scabrius. Sed aliter fere Plinius. Sylvestris inquit, leuis est. Elelisphacos, a græcis dicta, sativa lente leuior, folio minore atq; siccior, odoratiore.

Elementatitic, est ipsorum elementorum circa unumquodq; aut de singulis horum doctrina. Licebit & sic defnire. Elementatio, ex elementis & principijs usq; ad finem speculatio dicta est.

Elementa, proprie corpora uocamus prima, simpliciaq;

Elementum est, ex quo primo & simplicissimo cuncta sunt facta, in quod primum et simplicissimum cuncta resoluuntur. Atheneus autem in tertio uolumine sic ait,

Elementa medicinæ, ut quidam tr adiderūt, sunt calidum, humidum, frigidum, siccum: ex quibus primis apparentibus & simplissimis & minimis homo constituitur, & in ultima tandem apparentia & simplissima & minima resolueatur: siue ut alijs

E L

placeat, sperma uiri, sperma mulieris, sanguis menstruus.

λευκός, id est, Enula campana. Dioscorides libro primo.

Eleogara. Lege, Garum.

Electiores apud ueteres Medici fuerunt, Anchæus apud Plinium libro. 28. cap. 1. Pistonicus, eiusdem lib. 20. cap. 4. Athanias, Cherias Athenieñ. Micon, Attalus, Palion herbarius, Sotacus e uetustissimis, ut idem Plinius testatur libro. 26. cap. 6. Bachmündus, Camachirus apud Galenū in simplicibus. Abucalis, Philocrates, Andreas Plinio frequentissimus, & Iollas libro. 20. cap. 8. Hyras, Damon, Fabius Clemens, Valeriusq; Paulinus. Citantur & a Scribonio Largo, partim a Celso & Cœlio, Varrone & Columella, Cassius, Marcius chirurgus, Tryphon, Meges, Trasias, Aristus, Dionysius, Euelpistus, Pachius Antiochus, Heron, Sostratus, Clodius, Silimarchus, Lusius, Philistion, Proculus, Herodic9, Philoxenus, Gorgias, & Hamonius Alexander. Strato quoq; apd Strabonē & Columellam, Aristomenes, Hegeſias Maronites, Dadis, Cleobolus, Menestratus, Pleutophanes, Cymæus Pergamæus, Dion Colophonius, Chius Agatocles, Rhodius Epigenes, Sasernæ duo, pater, & filius, Scrofa Tremillius, C. Persus, Theophilus, Iulius Higynus, & Amphirochus.

Ex Scholasticis, Jacobus de Partibus, qui cōmentarios prolixos scripsit in Auicennam. Item de Ponderibus, & ratione uentrem ducendi. Jacobus item Forliuieñ. Auicennæ interpres, & Aphorismorū Hippocratis. Gentilis quoq; paraphrastes. Aegidius scriptor urinarum. Marsilius de S. Sophia, cōmentator Aphorismorum Hippoc. Ioānes monachus, autor uulgatae introductionis in medicinam, Philertus de Pulsibus, Platina de honesta uoluptate. Isaac Dietericus. Scripsit & Paulus Bagellardus diligenter de ægritudinibus infantum. Martinus Steynpeys medicus Vienensis Medicinæ methodū dedit, & quomodo in ea arte sit promonendum studioſis. Pandectarum autor Matthæus Sylaticus. Anatomici fuere, Mundinus, Alexander benedictus, Carpus, Chirurgici præcipui, Guido de Cauliaco, Petrus de

E L

Lacerta, Bartapalia, Theodoricus, Ioānes de Vigo, Marianus Barolitanus. Practici, Geraldus, Bertruciūs, Valeſcus, Marcus Gatinaria, Michael Sauanarola, Io. Matthæi, Sillanus, Io. de Torna mira, Gordoniūs, Io. Anglicus, Serapion, Auenzoar, Antonius Guanerius, Arnoldus de Villa noua, Arculanus Veroñ. Guilielmus Placentinus de Saliceto, Alexander iatros, Io. de Tusignano, Razes.

λατομέλι κατὰ ταλμυρᾶς τῆς συγίαστης τινος σελέχουσ, *ἔλαιον μέλιτθος ταχύτερον* ἐσὶ, γλυκὺ τὸ γεύσι, id est, Elæomel in Palmyris Syriæ, ex arboris trunko quodā melle crassius oleum sponte manat, sapore dulci. Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 23. cap. 4. in maritimis Syriæ nasci proditū, cū tamen Palmyra longe ab mari absit: atq; forte nō maritimis, sed Palmyris legendū: nisi quis locum, unde id excerpit, nō Palmyris, sed Almyris legisse Plinium existimet, quod in tanto uiro nullo modo dubitari debet. Sit hoc idem quod aeromeli, quasi mel cœlestis, quod sacræ literæ Manna uocent, ut cum Hermolao Barbaro non plane contendim, ita non omnino detrecto ut credam: sed tamen ut intelligatur aliquod discrimen esse inter id quod mandi potuerit, & id quod medicinæ tantum nascitur: quanquam audacter reluctatur Marcelius Vergilius. Cuius uerba hæc sunt. Nō probamus, quod aliqui suspicari se dicunt, esse Eleomel hoc, quod antiqui Græci aeromeli uocauerūt, id scilicet, quod ab Hebræorum sacris literis accæptum, ueteres Man, nunc uero passim Manna medici & officinæ appellant; quod ex huius scriptoris historia, & medicina non facile coniicitur. Siquidem ab oleo, statim de eo agitur, & quasi congenere oleo, subiicitur: in censu mellis alioqui cōstituendū, si mellis magis est quā olei, naturā referret. Quemadmodum de melle, siue sale Indo hoc idem postea agit: cui mos fuit, cognata congenibus suis semper coniungere. Nec dixisset hic de trunko arboris manare, &c. cum aerium illud mel non ex trunko manet, sed in arborum folijs inueniatur. Habet enim præpositio illa, ex, intrinsecum generatiois principium: mellis autem aduenticia generatio & concretio est. Sunt præterea in medicina, quæ aerei mellis euentibus

E L

parum conueniant. Nec nobis compertū est, quod antiquiorib. quibusdam aereum mel fuit, quod nostra ætas manna appellat esse, sed Melligenem (sic enim nunc uoco) sub lucanis temporibus in arborum folijs concretum roscidum, sapore mellis humorē: quem deinde legentes apes, mel in aluearibus suis coaceruant. Nec tamen negamus, quod nunc manna uocant, ex eadem, aut simili substantia esse; uerum nihil, ut nobis uidetur, ad eleomel hoc aerium omne id mel facit, quod incensum & nomen mellis sola saporis dulcedine adscitum est: cum tamen præcipua olei uis in eo intelligatur. Credimusque nos, ideo hoc plærosq; opinatos esse, quod Plinius aero illo melle, ueluti sudore aut saliuia cœli, dicat his qui noctu sub diu suere, unctas uestes, & concretum capillum sentire. Atq; haec tenus quidem Vergilius. Quando igitur in mannam incidimus, & locus & res ipsa poscunt, ut aliorū quoq; eruditorum virorum placita in medium proferamus: ut, q; uehementer errent in hoc officinæ, tandem conspicuum fiat, quid uere manna sit, uel oleomel. In primis uero Nicolai Leoniceni sententiam producemus, cuius hæc sunt in epistola de Medicorum erroribus uerba. De Manna, de qua etiā quæris quid sit apud Dioscoridem, si Simonis Genuensis probarem sententiam, qui in Litera M, capite de melle ait, antiquos Græcorū nō habuisse Zucchari noticiam, quoniam utimur in uarijs compositionibus, dicere quid ille loco allegato in suis uerbis insinuat, Mannam apud Dioscoridem esse, saccharū ab eodem Dioscoride in capite de melle nominatū. Verum ego aliter sentio saccharū apud ipsum, sicut etiā apud Galenū, esse id quod nos uulgo Zuccharū nō iam: & Græcos ueteres de saccharo siue Zuccharo quidem specialiter quandā speciem mellis esse dixerunt: de Manna autem generatim tantummodo, non autē speciatim fuisse locutos. Licet Mesue falso Galenum tribus in locis alleget de Manna loquentem: scilicet capite de Manna, et capite de scāmonia, & capite de confectione Mannæ ex inuentione Galeni. Manna enim apud Græcos autores non est medicina molliens uentrem, sed potius astrinxens: & frequentius Manna thuris, quæ

E L

Manna simpliciter nuncupatur. Nam, ut inquit Galenus, libro. 13. artis curatiuæ, Ea quæ Manna uocatur, est concussio thuris, quæ paruam quandam uim astringendi participat, atq; ob id ad quædam melior est ipso thure. Hoc enim uim solam suppurrandi habet, & quod minime stipticum existit, maximeq; illud quod pinguius est, & colore albius: quemadmodum quod hoc flauius est magis exiccatus. Illi aut quæ Manna uocatur, parū quiddam ex cortice thuris admixtum est, a quo uim stipticā habet. In eandem sententiam scribit Plinius libro. 12. de naturali historia, capite. 15. de thuris natura, & generibus eius inscripto. Hæc enim sunt eius uerba. Micas eonfusu elisas Mannam uocamus. Quanquam uitio codicis, nō Mannam, sed Mammam legatur: ut iam obiter sit tuæ tertie questio ni satisfactum, quid sit Manna thuris apud Dioscoridem. Supra autem dixi autores Græcos de Manna cassiæ fistule copari medicina, & si non speciatim, saltiem generatim scribere: quoniam potest hæc Manna uentrem soluens ad caput de melle apud eosdem Græcos autores referri, sicuti etiam saccharum, quod species mellis, tum a Dioscoride, tum etiam a Galeno ponitur, hæc enim sunt Dioscoridis de saccharo uerba. Vocatur autem quoddam etiam Saccharum, species mellis existens, quod in India concrevit, & in Arabia felici inuenitur in calamis, simile secundum substantiam sali, & subdentibus instar salis cōfringitur. Licet Simon Genuensis, ut supra notauimus, Saccharū hoc de quo Dioscorides, nō Zuccharū nobis dictum, sed quandam Mannæ speciem esse putauerit: ut hac una tantum ratione Mesues possit excusari, Galenum allegans de Manna scribentem, si per Mannam saccharum intelligit, quod Dioscorides atque Galenus speciem mellis arbitrantur. Manna enim, de quo Arabes autores specialius loquuntur, parum differre a Zuccharo & melle, patet autoritate tum Serapionis, tum etiam Auicennæ: quorum alter terentiabim, quæ est species Mannæ, mel roris appellat. Alter uero saccharū haoscer Mannæ speciē esse dicit. Necq; obstat, quod mel fere ubiq; nascatur, et sit apū opus, Manna aut paucis in locis, & sit naturæ tantū munus.

E L

Quoniam si hæc ratio ualeat ad probandum Mannam, nō debere ad caput de melle reduci, etiā de Saccharo probaret, quod tempore Dioscoridis, sicut ex uerbis huius autoris supra notatis apparet, in India tantum, & felici Arabia inueniebatur in calamis, & tamē inter species mellis nō solū a Diſcoride, sed etiam a Galeno cōnumeratur. Qui duo autores eodem capite de utroq; scripserunt. Quanquā Auicenna uidetur salem Indum, de quo Diſcorides, non solum a melle, sed etiam a Zuccharo distinxisse. Siquidē quarto Canone & Zuccharum Taberzet, & salem pariter Indum inter remedia nominat, quæ ad linguae faciunt asperitatem: sed Zuccharū Taberzet cum hæc asperitas ex uiscositate prouenit; salem autē Indum, cū ex siccitate. Adeo, ut appareat Auicennam salem Indum aliud esse a Zuccharo Taberzet existimare. Per salem tamen Indum, & Auicennę expositores, sicuti Gentilis, & Herculanius, Zuccharum Candī intelligunt. Verū hæc expositio uerbis Auicennę repugnat quanto Canonis, capite, de asperitate linguae febricitantium, inquietis, salem qui alportatur ex India, esse in colore salis, & dulcedine mellis. Intelligit autem Auicenna sicuti & Paulus, a quo Auicenna hoc remediuū ijsdem fere uerbis accepit, de sale albo, qui pro cōdimento cibis admiscetur. Zuccharum autē Candī nominatū, non esse colore album omnino, sed potius subluteū. Illud præterea queri ab Auicenna & eius expositoribus possit, cur Zuccharū Taberzet ad asperitatē, quæ ex uiscositate prouenit, habeat efficaciā. Zuccharū autē Candī ad alterā quæ sit ex siccitate, cū Zuccharū Taberzet, eodem Auicenna autore. 20. Can. uim habeat leniendi, quod de Zuccharo Candī nulla cōstat autoritate, aut ratione: nisi per Zuccharū Candī rubrū intelligamus. qm̄ secundū Auicennā suūmenum et rubrum, uehemētioris sunt lenificationis. Verum Zuccharū Candī a Zuccharo rubro etiā apud Medicos iuniores distinguitur. Forte autem hic error expositorū, salem Indum Zuccharū Candī interpretantum, nō magni est ad uitā momenti; quando & Zuccharū Candī res factitia sit, cuius materia est Zuccharum album. Illud potius est inuestigatione dignum, nunquid

E L

Zuccharum Candī debeat febricitatibus ad sitim sedandam exhiberi, in ore retinendum, ut pleriq; Medici nostro tempore faciunt, & Montagnana in quodam Cōsilio innuit faciendum; qui ait, Zuccharū Candī a uiris illustribus salem Constantinopolitanum nominari, & colligendum esse aīc prima quarti, de Cura sitis in febrīb. Quod tamen nulla species Zucchari cōperat ad sitim extinguidam, nisi forte Zuccharū haoscer, quod est quedam species Manne, patet auctoritate Auicennę, qui secundo Ca none scribit hæc uerba de Zuccharo haoscer. Et nō facit sitim, sicut reliquę species Zucchari: qm̄ eius dulcedo est parua, & est bonum stomacho, & epati. Ex quibus uerbis duo colligere possumus, Zuccharū haoscer, quod est Manna, cadens super alusar, & est sicuti frusta salis, tum Zuccharum, tū etiā Manna nominari, & reliquas species Zucchari facere sua nimia dulcedine sitim, excepta illa quæ Zuccharū haoscer nuncupatur. Quare cum Zuccharum Candī sit modus Zucchari diuersus a Zuccharo haoscer, non uidetur ullam ad sitim extinguidam habere efficaciam. Et si uerum fateri uelimus, male Auicenna a Montagnana allegatur, prima quarti, capite, de Cura sitis in febrīb. In eo em̄ capite nullæ uerba sunt, ex quibus aliquid de Zuccharo Candī possimus colligere, quod sit inter alia remedia ad sitis extinctionē pertinen-
tia ab Auicenna nominatū. Hec Leonicen. Nec diuersa Leonardus Fuchsius Medicus articulis suis de Medicorū erroribus, quæ licet ad uerbū fere transcriperit ex Leoniceno, & Manardo, tñ nō grauabimur adscribere. Errant tota uia Medici, qui Arabum, ac recentiorū Mannam a Græcorum nō secernunt: cū illi soluendi, huic uero adstringendī uis insit. Mannā Arabum atq; recentiorum, qua nūc passim ad molliendam aluum nobilium utūtur, esse diuersam a Græcorū, ex eo primū liquet: q; eam, teste Auerroe Cordubēse, post Galeni tempora in usum Medicorum uenisse cōstet. Insuper, quod etiam diuersa sit eius a Manna Græcorum operatio. Arabum enim Manna medicina est, aluum molliens, Græcorum uero potius adstringens. Arabum uero Mannam mollire aluum, diutina iam experientia cōprobatum est,

E L

ob id prolixiori demonstratione nō opus habet. Mannam autem Græcorū adstringendū esse præditam, testatur in primis Dioscorides lib.1. cap.50. de Manna ita tradens. *μέρνα δὲ λιβάνου σόκιμθ ἐσιψ ἡ λευκὴ οὐ καθαρὰ ἐν χονδρῷ. σκυράμιν δὲ ἔχει τὴν οὐ ὁ λιβάνωτός.* Id est: Manna thuris probatur, quæ candida & pura, uelutq; thus grumosa est, thuri autē eandem uim habet. Thus uero habere uim adstringendi, & cruenta uulnera glutinandi, satis ex capite. 78. libri primi Dioscoridis liquet. Item Mannam adstringere multo clarius indicat Galen. lib.5. Thera. metho. cap.4. in hunc modum scribens. Est autem Manna medicamentum, quod magis quā thus adstringit. Idem quoq; docet libro Thera. metho.13. capite secundo, dicens. Manna est purgamentum thuris, leui adstricione prædicta, atq; hoc etiam nomine thure ipso ad nonnulla utilior. Thus enim puris tantum mouendi facultatem obtinet, utpote nullam adstringendi uim habens: Mannæ uero, etiam cortici thuris paululum est admixtum, unde scilicet adstringendi uim habet. Ex quibus iam satis cōstat, Mesue tribus locis falso Galenum citat̄. Primo, de simplicib. medicamentis, cap. de Manna, ubi Galenum Mannam cum Scammonia permiscuisse scribit. Secundo, eodem libro capite de Scammonia, ubi iterum impudenter Galenum Scammoniam cū sex-tuplo Mannæ miscuisse affirmat. Tertio, in Antidotario suo, ubi de medicinis solutiis agit, confectionem quādam de Manna ex Galeni inuentione describens. Certum enim admodum est, Mannā hanc, de qua scribit Mesue, Galeni temporibus in usu Medicorū, ut diximus, non fuisse: proinde nec de ea quicq; scribere potuit, inconnita enim prorsus erat. Vel si ullus eius apud Galenum, antiquosq; usus, aut mentio fuit, certe non sub ea uoce fuit, sed potius sub uoce Mellis aerei. Quamuis, ut errore decimoquinto clarissime ostēdemus, hoc mel aereum alio nomine Saccharum dictum fuisse. Præterea ex predictis facile iudicabunt studiosi, quantum Petrus Crinitus lib.25. de honesta disciplina, cap.7. cæcutiuerit. Is em̄, & si alias oculatissimus sit, tamen Mannam Græcorum eandē esse cum Arabū, astruere nihil ueritus est. Idq;

E L

talibus argumentis ostendere conatus est, quæ magis, si ad iudicium exigas, diuersum probabunt. Proinde caueant Medicē professionis studiosi, nominis Mannæ similitudine decepti, eandem apud Græcos & Arabes, recentioresq; esse existiment, animaduertantq; antiquis in thure semper, in aero autem melle nunquam usum eius uocis fuisse. Ioannes Manardus etiam integra Epistola dignatus est tractare hanc quæstionem, cuius est hęc Epistola, Epist. libro primo. Cum heri uesperi post ægrotorum uisitationes ad Seplasiorium quendam de more diuertissim, accedit repente Florianus meus, & bonarum literarum, et doctorum hominū studiosissimus, manu gerens forma Enchiridij libellum. Ego sitor alioqui rerum nouarum, percunctor quid rei, undeq; acceperit. Ait, Dialogum esse de sculptura, & emisse ex quodam Bibliopola (tabernacq; indicat) qui illum simul cū nonnullis libris Florentiæ formis excussis uenales haberet, inter quos recentet Criniti nescio quid. Audito Criniti mei nomine, statim aduolo, magnaq; cum uoluptate librum tuum de honesta disciplina reuoluo, capita percurro, uniuersa deuropotius quam lego. Deus bone, quæ copia, quæ uarietas, quam multiplex lectio, quæ obseruationes, quā pura, castaq; narratio. Agnosco in his Criniti uiuax illud ingenium, profundam memoriam, acre iudicium: in mente subeunt nostræ ille propter Arnī ripas deambulationes; crescitar dor (quoniam aliter non licet) uel in ipsis tuis commentationibus te audiēdi, uidentiq;. Librum igitur domum mecum porto, occipio legere cunctatius, modo hoc, modo illud caput: tandem, nescio quo modo, septimū caput libri ultimi offendō. Accensus nouitate tituli, magna attētione legere incipio: uideo inscios, improbos, ignaros uocari Medicos, qui Mannā, cuius nunc cōmunitis usus ante Galeni tempora ignotam Italizæ affirmant. Doleo hic simul, & gaudeo. Doleo quidem, me in eorū numero hactenus extitisse, quos uideo proteri a te, & floccifieri. Gaudeo ignorantiae nebula per te mihi abstergi. Non enim ex his sum, qui sibi placendo malunt errare, quā alterius cedendo ingenio, resipisciē. Pergo legere, audioq;, Tiberio imperāte,

E L

Mannæ usum a Medicis probatum, licet alio nomine eam appellarent. Probari hoc magna animi propensione expertens, uniuersum caput perlego: eo tamen lecto, nō minus ac antea probationes defydero. Siquidem quæ abs te ad huius rei probationem afferuntur (amico uera loquenti ignosce) mihi haudquaquam satisfaciunt. Nam Celsus turæ sententiæ adstipulari (ut dicas) minime uidetur. Lectionem ego in primis depravatā, ut alibi plærunt, ita eo loco puto, scribendumq; Rhos, uoce quidem græca, sed quæ (ut inquit Plinius) latinum nomen non habet, significatq; eum fructum, quem Arabes, & uulgas nunc Medicorum Sumac dicunt, olim obsonijs & pellibus, nunc Medicinæ seruientem: de quo & Theophrastus libro tertio de his storijs Plantarū, & Dioscorides libro primo, & Galenus octauo, & Plinius libro uigesimo quarto abunde conscripserunt: aitq; Plinius, quod ulceribus medetur manantibus cum melle, quæ fere sunt uerba Celsi per te recitata. Galenus quoq; ἀπτιβαλλομένως scribens, Syriacum eum nuncupat. Sed sit uera & genuina illa lectio, certe nullus in differendi arte uel mediocreiter eruditus, ex ea id affirmabit sequi, quod cōtendit, Rorem scilicet Syriacum eo loco oportere intelligi, quem Hebræorum monumenta, & recentiores Medici Mannam uocant. Nihil enim uerat uel aliam quamuis rem, uel ipsum Rhoum inteligi, præsertim cum in libris recentiorum Medicorum pro Rho, legatur aliquando Ros Syriacus, sicut & apud Columellam & Palladium. Nec Mannæ intelligi apud Celsum possit, nisi inscitia rei medicæ Celsius ipse notetur. Quæ enim uis Mannæ huic nostræ, ut mala oris ulcera, de quibus inibi scribit, per eam sanescatur: aut quod cum amaris nucibus consortium: Quantu[m] igitur melius, peccatum unius elementi in librariū rejcere, Rhoumq; ipsum, rem a Galeno, & cæteris in stomaticis pharamcis summe collaudatam, uel legere, uel intelligere, quam Celsius ipsum facere, alijs autoribus, rationiq; ac sibimet, parum consentanea affirmare. Dioscorides quoq; in suo illo ad Arium περὶ ὑλῆς ἱατρικῆς libro, tam nominat eam, qua de quæstio est Mannam, quam meam hanc quam nunc

E L

scribo epistolam: sed eo ipso quē tu affets loco, hoc est, cap. 86. de Manna thuris, nō de Manna hac recentiorum scribit, quod profecto adeo est clarū Dioscoridē ipsum legenti, ut mirari satis nō possim, te, quem oculatissimum semper agnoui, in tanta luce caligasse. Scribit enim capite. 84. περὶ λιβάνου, altero, id est, 85. περὶ φλοιοῦ λιβάνου, deinceps uero octogesimo sexto, περὶ μάρνης λιβάνου, in hunc modum: μάρνη δὲ λιβάνου, δόκιμοθὲ εἰς ίππη λευκή ιγή παθεῖ ἐν χονδρῷ. Et paucis interiectis. μίσγουσι δὲ ἔνιοι δολιζοντες, φυτίνην, πιτόνην, σέσεισ μένην ιγή γύρην, que fere sunt uerbum ex uerbo, quæ per te allata sunt, ex eius sententia. E quibus nō aliam Mannam, quam thuris eum intellectisse nullus dubitat, qui sciat idem esse apud Gr̄cos λιβάνον, seu λιβανώτον, quod apud nos thus. Videatq; post hoc cap. 87. in quo de thuris fuligine tractatur, ita ut quatuor capitibus uniuersa thuris materia absoluatur. Sed & Galenus, qui nullib[us] hanc uulgarem Mannam sub hac uoce nominauit, licet de ea in libro de Alimentis, capite de Melle, aliquid tetigerit, cum alibi pluries, tum decimo libro περὶ βεραπευτικῆς μεθόδου, Mannæ Libani mentionem habet, impleri ea docens suppuratos tumores post sectionē, quam & definit ἀπόστεισμα λιβανώτον. Demum quam Orpheus inter Thymiamata (ut scribis) refert, quis utrancq; internoscens, non potius credat esse excrivationem, & puluisculum quendam thuris, ad suffimenta idonei, & quem adoleri aris uetustissimum sit, quam hanc uulgarem, quæ penitus inodora, sufficiq; contumax ac inepta, & quæ in suis potius ægrotorum quam sacrificia Deorum ueni re consueuerit. Neq; igitur Celsius, neque Dioscorides, uerum neq; Orpheus id probare mihi uidentur quod contendis, Tiberio scilicet Cæsare imperante, Mannam hanc, quam nunc passim ad altum nobilium (preciosa enim res est) leniendam, exhibemus, in agnitione, & usu fuisse Medicorum. Quare si quas habes huius rei euidentiores demonstrationes, eas scribere ne pigeat, simul Manardo tuo rem gratissimā facturus, simulq; ueritati patrocinatus, nisi enim fortiores rationes uidero, nō sum ab Auerroe Cordubensi recessu-

E L

rus, qui Mannam hanc inter ea reposuit, quæ post Galenum in usum uenerunt Medicorum. Nisi forte quisquam antiquitati fauens, mel sylvestre, ut Suidas, uel mel roris, aut aeris, ut Galenus, uocatam ab antiquis contendat: cui nec nos magnopere (ut alias ostendimus) repugnabimus. Hermolaus Barbarus tametsi nihil certū diffiniat, tamen ansam nobis præbuit plura & altiora disquirendi: is ita in Corollario Manna thuris reliquit. Manna thuris est hypēsma, quod Plinius micas concussu elisas interpretatus est, ubi deprauata dictione, Mammas, non Manna uulgo legitur. Id autem fit gestatu, s. atterentibus se glebis, ut inquit Aetius. Differt a Thure, Manna: quod plus astringit, propter corticis fragmenta, quæ remanent. Nam quod Thuris chondros a Græcis dicunt, nos Thuris granum interpretamur, secuti Plautum in Penulo, qui nullum, inquit, granum Thuris sacrificant. Est & genus Mannæ recentioribus dictum, & a scris quoq; literis acceptū, de quo superius in Elæomelite. Et quia de Saccharo in Zuccharo mentio incidit, auctarij uice, & Leonardi Fuchsij rhapsodiam ex eodem Leoniceno & Manardo adscriptissimus. Locus est in erroribus Medicorum, errore. 15. atq; sic habet. Errant qui antiquorum Saccharum, quod ab eo quod nunc uoce parū mutata, Zuccharum uocat, diuersum est, a sale Indo differre existimant. Saccharum antiquorum est id, quod Dioscorides, Galenus, ac Plinius describunt, speciem mellis esse dicentes, & ob eam etiam rem de eo inter mella loquuntur. Dioscoridis autē hæc de Saccharo lib. 2. cap. 73. sunt uerba. καλεῖται δέ τις ἡ σακχαρὸν εἴδοθεν μελίτος ἐν ινδίᾳ πεπηγότος ἡ τῇ ἐνδαιμονὶ ἀραβίᾳ. ἐν γισκόμενον ἀθετῶν καλάμων, ὅμοιον τῇ συσάσει ἀλσί, ἡ βραυόμενον ὑπὸ τοῖς ὁδοῦσι καθάπερ ὁ ἀλένσ. Id est, Vocatur & quoddam Saccharū, quod mellis genus est in India, feliciq; Arabia concreti. Inuenitur id in harundinibus cōcretione sua sali simile, & sub dentibus instar salis confringitur. Galeni uero lib. 7. de simplicibus medicamentis cap. 97. de Saccharo hæc est sententia. Saccharū autē uocatum ex India, feliciq; asportatur Arabia, in harundinibus concretum, estq; mel

E L

lis species. Hactenus Galeni uerba recta- uimus. Plinius etiam libro. 12. capite. 8. de Saccharo scribens, nihil a superioribus ua- riat: eius hæc sunt uerba. Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectum, gum- mium modo candidum, dentibus fragile. Amplissimum nucis auellanæ magnitu- dine, ad medicinæ tantū usum. His quoq; subscribit Alexander Aphrodisius libro secundo, problema. 74. ita inquiens. Quod Sacchar Indi appellant, mellis coagulum est, sole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem, quod idem monte eti- am Libano fieri certum est: fit Sacchar id proximum salis glebulis candidum, fragi- le: uim id quoq; tergendi, purgandiq; meli similem habet. Saccharon uero hoc anti- quorum nihil differre a sale Indo, in pri- mis ostendit Archigenes antiquissimus Medicinæ professor, qui id Indicum salem & harundineum mel uocavit. Paulus iti- dem Aegineta libro secundo, Saccharum salem Indum nominat: ait enim, ἡ ἀλσόντινὸς χροῖα μὲν ἡ συσάσει ὄμοιος τῷ κοίνῳ ἀλιτεύστε δὲ μελισσώδης. Hoc est: Et sal Indicus colore quidem, & concre- tione communi sali similis, gustu autem melius. Hoc idem Auicenna quoq; quar- to Canone, capite, de asperitate lingua fe- bricitantium, scribit, inquiens. Teneat in ore salem, qui ab Indis deportatur, colore salis, dulcedine mellis. Cur autem Saccha- rum salem Indum nominarint, nulla alia cauſa est, quam quod sua concretione sali simile sit, candoremq; ac friabilem in eo siccitatem, et cum diluitur humore aliquo liquefactionem, quæ in sale sunt, una hac similitudine ostendat. Dictum est & hoc Sacchari genus, quod ex India, feliciq; Ara- bia portabatur, Candum: quia nimis so- lis excandescens multum obduruerat. Est autem sal Indus, seu Saccharum Can- dum, aliud a Zuccharo nostro Candi atq; Taberzet, nam Zuccharum Taberzet nostro tempore non portatur ex India: sed ex Zuccharo nostro quater, uel quinque excocto: lucelli maioris corradendi gra- tia, seplasiarij Veneti facere didicerunt, ha- rundines quoq; immittentes, supra quas uideri possit conglobatum, & gosapio in- uolentes, ut navi ex orientalibus regioni-

E L

Hus inuestum putetur. Ita enim nostrum Zuccharum Candi res factitia est, cuius materia est Zuccharum album. Proinde errant Auicennæ expositores, Gentilis, Herculanus, et alij, per salem Indum Zuccharum Candi intelligentes. nam præter hoc quod non est naturale, sed factitium, eiam colore non est album, uerum potius subluteum. Candum autem naturale, antiquis Saccharum nominatum, in felici Arabia, ut diximus, & India tantum in harundinibus, maioribus fructis, majoris duriæ, ob uehementiores radios solis, aptiora q̄ ad id tolerandum harundinum folia coagulatur. Est uero Saccharum hoc antiquorum a Zuccharo nostro diuersum. Nam res Zuccharum a nostris dicta, nihil aliud est, quam succus a proprij generis planta bene contrita expressus, calore ignis plus minitus excoctus, coactus, ac defecatus, in Zuccharum tanto candidius & durius euadens, quanto plus concoctionis, defecationisq; tolerauerit. Et ut Iohannes Mānardus acerrimi iudicij uir, in suarum Epistolarum Medicinalium libro secundo, se a Lusitanis & Siculis cognouisse scribit, planta, a qua Zuccharum exprimitur, humectis locis proprio semine seritur, exteriore quidē specie harundini magnæ similiis, interiore substantia ualde dissimilis. Pulposa enim est, grauis, mollis, & succi plena, quum harundo econtrario sit leuis, dura, uacua. Quare si ista cum antiquorum Saccharo cōtuleris, nihil quod eidem conueniat, deprehendes. Nam cum antiqui omnes Saccharum suum, ut paulo ante diximus, mellis materiam, ac rorem esse fateantur, certe ab eo tam differt Zucchari materia, quam planta differt ab aqua. Forma deniq; quam illi adscribunt, minime huic nostro congruit. A Dioscoride enim salibus, quo ad consistentiam, concretionem simile, ac dentibus, salis instar, perfringi dicitur, & a Plinio gummi modo candidum: Nostrum uero, prius quam coquatur, colore potius nigricans, & subrufum, quam candidum inuenies; nec dentibus fragile, sed per succum, non per dentium attritionem deglutiendum. Efficiens quoq; nostri primum est forma ipsa plantæ; secundum artifex, calore ignis coquēs, & defecans, & demū in hanc, quā

E L

tidem in metę formam, in ligneis quibusdam uasculis deducens. Antiquorum autem Saccharum noctis primo frigus adglutinat; dehinc superueniens solis calor obdurat. Nostrum etiam plantæ pulpa in Sicilię & Canarię insulis continetur, effigientum harundini similis. Illud supra harundinis ueræ folia in India, feliciq; Arabia, & monte Libano, teste Galeno libro tertio de Alimentis, capite trigesimo octauo, & Alexandro Aphrosidæo, coagulatum inuenitur. Nostrum gulæ proceribus suauissimas dapes ministrat, illud ad Medicinæ tantum usum, Plinio scribente, uenit: & ut docet Dioscorides εὐσόμαχον, id est, uentriculo bonum existit. Nostrum potius pectori quam uentriculo utile experimur. Illud postremum non siticulosum, teste Paulo, sicut mel: nostrum uero non minorem sitim, quam mel facit. Quis est iam, qui Saccharum antiquorum, & Zuccharum nostrum esse res diuersas ambigat; quando forma, materia, efficiente, loco, uiribusq; longe euariant.

Eleoselinon, satiuo Apio grandius, apud Dioscor.lib.3.cap.73.

Eleophyllum, Phyllon dicta herba, apud Dioscor.lib.3.cap.141.

Eleostaphylos, tritis oleæ insita, utriusq; fructum arboris ferens.

E L E P

Ἐλεφαντίας, genus morbi, quod appellatum uolunt a similitudine cutis elephanti. Quod qui eo uitio laborant, cutem habet similem cuti elephantorum. Q. Serenus: Est Elephas morbus tristis, quoq; nomine dirus. Non solum turpās infandis ora papillis, Sed cito præcipitans funesto fata ueneno.

Elephas, ingentis molis bestia. De qua uide Plinium libro octauo, capite primo, secundo, tertio, ac quarto, &c. usq; ad caput duodecimum.

Elephas, affectus est, qui cutem crassam & inæqualem reddit, tum colorem liuidum, oculorumq; alborem efficiat; exeduntur manuum, pedumq; summae partes, fantes defluit liuida, & graue olens.

Elephas, ut inquit Q. Serenus, est morbus tristi nomine dirus, ut proxime supra. Sic appellatus hic morbus a similitudine cutis Elephantum. Sophistæ Medici leprā uo-

E L

ecant, cum tamē lepra aliud sit corporis genus, aliud ab Elephantiasi, siue Elephāte. ἐλεφατ. Lege, Ebur.

Elephantia, idem quod Elephas, & Elephantiasis.

Elephantina, lego in barbaris sonare latine aromaticā; unde pilulæ Elephantinæ. Elephantina compositio quid sit, uide Celsus libro. 5.

Elephantinon falsamentum, olim Crateti celebre, ut adnotauit Barbarus in Coroll. cuius & Aristophanes meminīt.

Elephantus, idem quod Elephas. Nam utrūq; recte dicitur.

ἐλέφαντος ὄδοντος φύσισμα, eboris scobs, apud Dioscoridem libro secundo, Pliniū libro octauo, cap. 3.

Elephetides. Lege, Saxatiles.

E L I

ἐλικθεῖς, insolatus, sole tostus.

Elices, sulcosq; aquarios. τὸ ἀντό, id est, bis idem dixit. Nam Elices uocāt sulcos aquarios, per quos aqua collecta educitur ex riuis agrorum. Non longe distant fossæ Inciles, quæ & Incilia appellant, de quibus sic scribunt Iurisconsulti, titulo de riuis: Incile est lacus depresso ad latus fluminum: ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primū aqua ex flumine agi possit. Columella libro. 11. capite secundo. Vel,

Elices, inciles fossæ, quas de communiriuo deducendæ aquæ caussa facimus. Incilia quoq; nominari solent.

ελικίας. Lege, Fulmen.

ελικοειδῆς, sic est in græca Aldina expressione Pauli, est tunica natura neruosa, quæ ab gibbosa & anteriore parte testiculi, absolta a cōcaua, & posteriore ipsi inhēret, ex abdominis membrana ortum habens: partem eam, qua testiculo inhēret, posteriorem inhērentiam appellant. Alij legunt Erytroides. Vide Paulum libr. 6. capite. 61.

ἐλίχυσος εἰδος φύτου, ut inquit Theocriti interpres, οὐ τὸ ἄνθος ὅμοιον κρόκῳ. η διορχεύσεις ἄλοι δὲ τοὺς ἐλίχυσοφ βοτάνην λεγούσι τὸν κροειδῆνην κρυπτοσταγη. ἐλθ., oleæ morbus, id est, calamus, ab alijs Mices, & Lopas, id est, fungus, & patella, ceu quædam solis inustio. Quanquam patella in ficu morbum significat, qui nimios

E L

propter imbræ radicatus, contrahitur in olea.

ἐλιγυστ., tenuius intestinū in sinus uehementer implicitū: quia ἐλιασσεῖν circumvoluere significat. Sic enim & Græci ἐλιξικοι uocant reuolutum pampinum.

ἐλιωσις, exercitatio, ut corpus in sole torreatur, sed prætecto capite. Utitur eo genere curandi Celsius Aurelianus lib. 1.

Eliquare, & purgare corpus, apud C. Celsus legitur.

Elitis, Helxine apud Dioscoridem libro. 1. capite. 42.

Elium, secundum Theodorum Lilium sylvestre, lib. 3. cap. 138.

Elixir, id est, quinta essentia. Sic enim Arabe uocant spiritum ab auro, uel hierha, aut uino rite extractum, seruatumq;

Elixatio in uniuersum quidem est, indefiniti in humore existentis concoctio, ab humido calore facta. Aristoteles libro quarto Meteo.

E L L

Elleboritis, Centaurium minus. Dioscorides lib. 3. cap. 8.

Elleborus albus, est apud Dioscoridem libro. 4. cap. 151.

ἐλώπες, id est, ἔχθνες, pisces, uel muti pisces. Comment. Theocriti.

Elleborine, Epipactis, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 110.

Elleborine, quæ Epipactis, paruis folijs, in Asia & Græcia frutex, resistitq; uenenis. Plin. lib. 13. cap. 20.

Ellestoph, lego in Commentarijs barbarorum, interpretari Episcopum.

E L M

Elminthes, id est, tinea, uentris animalia.

E L O

Elos, clavis, oculi morbus in cornea, species Proptoseos.

ἐλθ., clausus, ulceris genus est, quod non nunquam alibi, sed frequenter tamē in pedibus nascitur, dolorēq; mouet ingrediēti.

E L V

Elucum, autore Festo Pompeio, languidū & semisomnium.

Eluenaci generis. Inter uites generosas nominatur Eluenaca, quam fertilitas commendat. Duo eius genera: Maior, quam quidam longā: Minor, quam Arcelacum appellant; nō tam fœcundā, sed gratiōrē.

E L
tautum. Columella libert. 1.
Elianciū quidam effe p...
Hemolæus in commen...
nis morbum, quem graci...
pas. Lufcationem, inquit can...
putant. Estriguit Elianciū...
ntio tempore uider aliqui...
tio. Quidam alii, mane si u...
uider exiliū, nec si ferre...
Alij Lufciolos effe puris, quid...
vident qm̄ meridie, uel adhuc...
Lufciolus inquit Fetus, sum q...
ēt proper uim uocant: u...
minus uidentes uocant: u...
to. Vespere nō uident qu...
cios. Fulgentius. Lufci...
interviu parum uident. G...
cuntur. Et nonnullis ign...
differre uidetur Myopes...
imo pro eodem sape acop...
qui interdui proper u...
conueneri nequeunt, per n...
a communitibus oculis My...
habentes: Nyctolopes, a no...
nocturnis oculis. Alij Nyct...
plus distinguunt, eodem a...
guicula etymoloblerūne...
pes qui iam inde a principi...
almera oculis conueneri ne...
modi multos uidentur, qu...
oculis prope contingunt, et...
midalissq; oculis alpic...
Burrare id significat, quod C...
yū, hoc est, de uale in...
quod quidem & transduc...
sed rarius: fortasse alura, q...
unde Lurcones apud P...
la homines. Apicu...
la, hoc est, de trulla in m...
quod plūm & diffundere...
sunt in oleo decapulare, l...
lare.

E L Y
ibidem, id est, cornua...
lumen.

E L N
dous isti. Panicum, frument...
ribus numeratur apud D...
Emaciens hoc macrum. C...
2. cap. n.

E L

haustu. Columella libro. 5. capite. 3.
Eluscationem quidam esse putant, ut inquit Hermolaus in commentationibus Plinianis, morbum, quem græci uocant Nyctilos. Luscationem, inquit eam quidam esse putant. Est igitur Eluscratio, ubi neq; matutino tempore uidet aliquis, neq; uesperino. Quidam alij, mane & uesperi exiliter uidere existimat, nec id fere nisi interdiu. Alij Lusciosos esse putat, qui uespere plus uident q; in meridie, uel adhibito lumine, Lusciosi inquit Festus, sunt qui parum uident propter uitium oculorum, quicq; plus uesperi uident q; meridie Nonius sic. Lusciosi ad lucernam non uident, & μνωτεσ minus uidentes uocantur a Græcis. Varro. Vespere nō uident quos appellat Lusciosos. Fulgentius. Lusciosos dicunt, qui interdiu parum uident, Græce Myopes dicuntur. Et nonnullis igitur nō admodum differre uidetur Myopes, & Nyctilopes, imo pro eodem s̄ape accipi: hoc est, pro ijs qui interdiu propter uisus hebetudinem contueri nequeunt, nec nisi clausis oculis: a conniuentibus oculis Myopes nomen habentes: Nyctilopes, a nocturnis, quasi nocturnis oculis. Alij Nyctilopes a Myopibus distinguiunt, eodem ad utrumq; significatum etymo subseruente: ut sint Myopes, qui iam inde a principio ortus sui nisi admota oculis contueri nequeunt: cuiusmodi multos uidemus, qui res intuendas oculis prope contingunt, et limis etiam semiclausisq; oculis aspiciunt.

Elutrare id significat, quod Græcis μεταγγίζειν, hoc est, de uase in uas transferre, quod quidem & transuersare dicitur latine, sed rarius: fortasse a lura, quæ os culei est, unde Lurcones apud Festum, capacis gutæ homines. Apicius detrullare id appellat, hoc est, de trulla in trullam deplere, quod ipsum & diffundere uocatur Plinio, sicut in oleo decapulare. Vide. Decapulare.

E L Y

λυσίφανος, id est, corona solis, lege. Hallum.
λυμος, id est, Panicum, frumentaceis seminibus annumeratur apud Dioscoridem.

E M A

Emacietur, fiat macrum, Columella libro 7. capite. 10.

E M

Emarginat, id est, crustas, & puluillos, & oras ulcerum adimit.

E M B

Embammata. Plinius noster intinctus subinde uocat, quæ græco uocabulo Embammata nuncupantur. Sunt autem liquamina multiformia, quibus intingimus buccellas escarum, gulæ prorsus irritamenta: uulgo Sapores appellant, græci dicunt εμβαμμα, intingere, unde & Embammata, intinctus: Vnde illud ex Euangelio, Qui manum intinxerit in catino, εμβαμματην χειρα εν τῳ τριβλιῳ. Colum. lib. 12. cap. 54.

Embractron, Dictamnum apud Dioscor. libro. 3. cap. 35.

εμβασισ, in oleum descensus, apud Paulum libro. 3. de colica.

Emblemata. Sic urbana omnia uocantur sylvestribus indita.

εμβρεγματæ uocantur omnia quæ fronti, temporibus, alijsue partibus, ad fouendū, discutiendum, compescendum, reprimendumq; insperguntur. Nostra ætas uulgo adhuc corrupte Embrochos ea remedia uocat.

Embrocationes, Lege, εμβρεγματæ.

εμβρενον, foetus in utero necdum perfectus. Embryon duplex ambit tunica. Interior: quæ & tenuior est, ac mollior, Amrion ab Empedocle nominata, ut autor est Pollux. Exterior uero Chorion.

εμβρενον λκια, foetus mortui extractio: quæ quomodo cōmode per instrumenta fieri debeat, require apud Paulum libro. 6. capite. 74.

εμβρενοτονια, embryones in utero excidi artificium, tractatur ab Paulo libro. 6. capite. 74.

εμβροσι, lingua Aegyptiorum Lactuca.

E M E

Emeruchit, herba est quæ Theriacem ingreditur: quæ autem, a multis alię atq; aliæ afferuntur sententiæ. Sunt em qui pro Samucho & Maiorana interpretatur, alij pro Matricaria, uel Febrisuga, alij pro Cotula foetida: at ne hic quoq; meā pronuncio sententiam. Apprime enim mihi ipsi placet, rideocq; in sinum, dum tot doctissimos uiros, de tam minutula herba rixari, & interdum tam nugacissimas rationes adducere video. Erit autem quum super his omnib.

E M

semel sententiam feremus.

E M I

Emittere, uerbum medicinale quid significet, lege, Discutere.

E M M

Emmanes, Hyoscyamus apud Dioscoridē libro. 4. capite. 72.

E M P

Empertron, Calcifraga, & Saxifraga genēris apud Dioscor. li. 4. ca. 191. De ea herba controuersiam, require apud Herbarij nostri Tomum. 2.

Emphysodes, febris est quae uehementia caloris in ore gignit et pustulas, et inflatiōes. Emphaxis, meatus, uel pororū obstructio. Emphysema, excrescentia quædam iliorū, est tumor i simili.

Emphysema, tumor & inflatio palpebrarū. Empirica secta. Lege. Sectæ priores.

Empirici qui dicti sint, & Empiricorū principes qui fuerint, lege, Sectæ Medicorū.

Empirici primi fuerunt Serapion, Apollonius, & Glaucias: & aliquanto post Heraclites Tarentinus. Vide Celsum libro. 1. in præfatione.

Εμπλαστικα. Vide, Εμπλαστω.

Emplastra differunt a Malagmatis, & Pastillis. Emplastra imponuntur uulnerib. Malagmata super integrā cutem injiciuntur, Pastilli autem illinuntur, aut alicui molliori ceromate miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina, de quibus per initia lib. 5. Celsus. Pastilli a pane per diminutionem, ut ait Festus, dicuntur.

Emplastica, medicamenta quæ lenticia, crassificę sua meatus obstruunt: cuiusmodi Gale, utitur Method. ad sang. sistendum.

Emplastra ελιώνα. Lege, Enhæmata.

Emplastra κολεκτικά, lege, Enhæmata.

Emplastra καταγυάτικά, lege. Enhæmata.

Emplastra enhæmata, lege. Enhæmata.

Emplastra Catagmatica, & Cephalica quæ sint, uide apud Galenū lib. 2. κατὰ γένη.

Emplastra conglutinantia plurimū, uide apud Dioscor. lib. 2. κατὰ γένη

Emplastra Epulotica, id est, cicatricem obducentia apud Galenū lib. 2. κατὰ γένη.

Emplastra Melina, apud Galenū libro. 2. κατὰ γένη.

Emplastra Russa, apud Galenū libro. 2. κατὰ γένη.

Emplastra quæ nunc uulgo a latine lingue

E M

ignaris, Vnguentia uocantur, a doctis græco uocabulo dicuntur Emplastra: quæ aut uulgo Emplastra, Cataplasma potius sunt, siue Malagmata. Differt autem Emplastrum a Pastillo. Quia Emplastrum utiq; liquati aliquid recipit: in Pastillo tan-tum arida medicamenta aliquo humore inunguntur. Emplastrū imponitur, Pastilus illinitur, aut alicui molliori miscetur. Emplastraturus es. Id est, insiturus: eo genere insitionis quam Emplastrum, & Emplastrationem uocant: quæ ita fit. Detrahitur cortex ex parte arboris nitidissima, eiq; imprimitur cortex cum gemma ex alia arbore pari: sic compage densata, ut delibratę partē bene conueniant tessella hæc, siue scutella insiti corticis: mox oblinitur in trita, integraturq;. Huic emplastrationi cōsimilis est Inoculatio, quæ excidit in arbo-re oculum cum fistula, gemmāq; includit sumptam ex alia arbore. Inoculationem signauit Virgilius, numeris poeticis scribens. Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex. Et mox paulo. Huc aliena ex arbore germen includitur, uocat docent inolescere libro. Columella libro quinto, capite nono.

Emplastrū Διαχύλων, id est, de succis, quod nos barbare nuncupamus Diaquilon.

Emplastrum Ephesium, uel Ethesium, Celsius libro. 5. capite. 19.

Emplastrū iridis aliquot cōfectiones apud Galenum libro. 2. κατὰ γένη.

Emplastrorum alborum uariæ descriptio-nes ex ueteribus apud Galenum libro. 1. κατὰ γένη.

Emplastrū Diapisteros. Vide apud Gale. libro. 1. κατὰ γένη.

Emplastrum Apostolicum. Vide bellam Nicolai interpretationē, Apostolicū, id est, superpositum, uel Apostolicum, id est, supra missum.

Emplastrum Barbarum quomodo compo-nitur, uide Celsum lib. 5. cap. 19.

Emplastrum Oxycroceon, habetur in officinis: ab ὄψιν quod significat aretū, et croco.

Emplastrū tonsoris ex Bithynia, apud Aetium libro. 10. capite. 22.

Emplastrum Magus appellatum, quod quidam etiam Hephesiae noīe insigniunt, de-scribitur ab Aetio sermone. 10. cap. 24.

Emplastra. Vide, Malagmata.

E M

Emplattomena uocantur, quæ uidelicet continent ea, quæ exiguis meatibus inherent. Gale. s. Method. sic dicit retineri ea, quæ per urinas, & per uniuersam exeunt cutē. **εμπλάσια**, oppleo, obstruo. A quo euentū nō erit difficile posthac nouisse, quæ græci εμπλασιά, & παρεμπλασιά dixerunt: nempe illa, quæ sunt tenacia & glutinosa, unguineq; suo corpori illita, meatus opulent & obstruunt: quales sunt adipes aliquot, oleumq; & plura alia.

εμπνικόι, qui purulenta expiunt.

εμπνοιμάσιος, flatus in interiore parte aliqua collectio.

εμφυσημ autem, non collectio flatus, sed incrementum tumoris simile, quod nō alter fit, quam cum oris spiritu impletur aliquid: idq; nomē etiam indicat. Non fit nisi in occulto emphisema hoc. Est & oculi uitium **εμπνευμάτωσις**, excrescentia scilicet tumoris similis: uel ut placuit in Isagogi co Galeno, cū repente tumefactus oculus maiorē cōtraxerit pallorem & inflāmatio nem: fitq; in senibus plerumq; et in estate.

Empneumatosis, est quando plurimus sp̄ritus cōdensatur in stomacho, & ipse exten- dit simul uentriculū, adeo ut impediatur.

εμπνευματεμίοι, inflati.

Emporetica charta, scribendo inutilis, in uo lucris chartarū, segestriūq; in mercibus usum præbet: & ideo a mercatoribus sic cognominata.

εμπροσθότονος, quando in anteriorem partem contrahitur ceruix, & nec retrosum torqueri, aut reuerberari potest.

Empyici uocantur, qui sunt pectori suppurrati, quibus abscessus in succingente costas intrinsecus membrana, aut in aliqua alia pectoris pellicula factus, aceruatim ruptus est, & in uacuum pectoris locū effusus, inter pulmonem & membranā costas succingentem. Aetius sermone, s. cap. 65.

Empyema, collectum in thorace pus.

εμπροφυρού, quod colorem habet in purpura albicantem.

E N C

ενκάρβιδα nuncupant, cum excrescit carūcula iusto amplius.

εγκαρβισ, in angulo oculi parū ungue exciso, tuberculum scilicet, quod palpebris parum diduci patitur: cum canthi caruncula excrescit amplius iusto, Lege. Aegy-

E N

Iops, & Exulcerationis effectus.
εγκαρβίδεσ, canthorum in oculis radices.

Encanthis, caro in angulo maiore ex crescens, quandoq; dolorem adferens.

εγκαβίσσια, infessio.

εγκαβίματα, id est, infessationes,

εγκαρε, cerebrum. Quanq; Sophocles nomi nat λευκὸν μοκλὸν, albam medullam.

ενκάρδων. Lege. εγκεφαλον.

εγκάρδων λευκὸν, medulla alba.

εγκεφαλον, Gale. palmæ cerebrum. Dic scor. ενκάρδων, id est, medullam uocat, quod & esculentum est.

εγκεφαλοσ, cerebrum.

Enchlassis, id est, illisso, est concavitas aliqua, a collidentis corporis ictu inducta.

εγκόλπια, qui e sinibus prosiliunt uenti, quasi sinuales.

ενχόνδροσ, cartilagines.

Enchymoma uocatur, quando caro fracta est casu, uel pondere, ita ut e uenulis ibi paruulis exiliendo sanguis profluat.

εγκλύσια, clyster. infusio.

Encolpiæ, uide. Apogei.

Enthemata, emplastra quæ cruentis protinus injiciuntur uulneribus, ad reprimendas inflāmationes, & sanguinem inhibendū. Quod genus & ἀλιτηρα, και καταγ μαπικα, και κολλεκτικα uocant: quoniam medicamentis minime pinguibus cōstant.

ενθεασμοι, Melancholici; sic dicti ab Paulo, quasi deo pleni, & quia futura aliquando prenunciant. E N D

Endemi, & Endemij morbi qui sint apud Hippocra. require in dictione, Morbi qui uno tempore fiunt.

ενδήμοσ, qui in certis grassatur regionibus.

Endiuia, græce, σέρπιο.

E N E

ενεργα, intestina. Vnde εντεριων, lignorum quorundam medulla, quæ tibijs faciundis, aut id genus alijs eximi plerumq; solet.

εναιμα, emplastra quæ cruentis protinus uulneribus injiciuntur. Celsus lib. 5. ca. 19.

E N G

εγγίσωμα, caluæ ictus, in quo offendit os, ad interiorem cerebri membranā descendit. Sic dicta: quoniam nullo relicto inter os caluæ, & cerebri membranam spacio, duo illa corpora sibi inuicem propinquent. Lege. Fracturæ ossium in capite differentiæ.

E N

Ἐνωρήματα, sublimia quæ in urinis cōtinētur & innatant.

Engangis, uel Gangitis, idem quod Gagathes apud Dioscor. lib. 5. Sic dictus a Gange Liciae ciuitate. Hunc neq; fortis ignis impetus exedit, ut inquit in Theriacis Nicander. Vocatur & alio nowine Engis, autor Scholiaestes Nicandri.

E N H

Enhaemon sudat Arabiæ quedam olea, ex quo medicamentum fit singulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. Plinius libro. 12. capite. 17.

E N I

Ἐνιθρόη. Lege, Fiber.

E N N

Ἐννεαφάγμακον, emplastrum, quod ex nouis rebus constat: cuius descriptionem uide apud Celsum lib. 5. cap. 19.

E N O

Enodes arbores uocantur, non quæ nodis omnino carent, talis enim arbor nulla esse uidetur, sed quia nodos paucos ordine naturæ habeant. Theophr. lib. 1. cap. 11.

Ἐνωμακ, cruda.

E N S

Ensis, Xiphion herba apud Dioscoridem libro. 4. capite. 23.

Ἐντηπεδώμ, febris, cuius nulla manifesta sunt signa, neq; rigor apparet, pulsus autē arteriarum inæqualis, urina indigesta, calor magnus & fumosus. Huic missione sanguinis occurrerunt: deinde putris euacuans humor: balneis ex aqua dulci utendū. *Ἐντάχω*, stillatim infundo, medicum uerbū.

E N T

Entaticos, ab erigendo & inflando sic dictū Satyrium apud Dioscor. lib. 3. cap. 145.

Enteni τῆσ γῆσ, dicuntur terrestres uermiculi quidam.

Ἐντερα, interiora, intestina.

Enterococele, est interioris uisceris in alterū locum pedetentim, aut confertim prolapsum. Causa enteroceles procacarcitica, oppressio, aut plaga. Caussa autem continua, extensio, uel ruptio, aut huius fractio.

Ἐντεροκέλη, *ἐπιπλοκέλη*, a nostris, Hernia. Enteroperococele, est lapsus intestini et omitti in scrotum.

Entimon agrion, Hieracia altera, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 71.

Entostastidia, thoracis intima.

E O

Entyposis, ubi articulus obfirmatur, uel humeri acetabulum.

E N V

Enula, gingiuæ intimæ.

Enula Campana. Vide, *Ἐλένιον*.

Ἐνουχισμός, uenerei actus priuatio.

Enydrus, coluber in aqua uiuens: quæ Lutricem Gaza interpretatur.

E O N

Ἐωψ, oculorum magnus ambitus.

Eonem appellavit Alexander Cornelius arborem ex qua facta esset Argo, similem robori uiscum ferenti, quæ nec aqua, nec igne possit corrumpi. Plin. lib. 13. cap. 22.

E P A

Ἐπαγγεία, Dioscor. nominauit præputia. Sic a Græcis dicta, quoniam *ἐπαγγεῖα*, id est, ducantur & reducantur.

Epaleima, uulgare, promiscuum, ac palestræ dictum unguentum.

Ἐπαφαιγεστισ, repetita sanguinis missio, apud Gale, de curandi ratione per sanguinem.

Ἐπατικοί, hepatici.

Epatitis, Smilax, apud Dioscor. li. 4. ca. 145.

E P H

Ἐφελίσ, asperitas ac duricies mali coloris quacunq; parte corporis. Lenticulae tamē in sola facie sunt.

Ἐφίλεισ *ἐντροσώτω*, asperæ & discolores in facie maculæ, quasi a sole contractæ, uel inustæ.

Ἐφελῆσ, ramentum.

Ἐφίμερος. Lege, *διάρεια*.

Ephemeron, Dictatum, apud Dioscoridem libro. 3. capite. 35.

Ephemeron, aliud ab Colchico Ephemero hermodactylo, apud Dioscor. lib. 4. ca. 88.

Ephemeron, Hermodactylorū generis, uel Colchicon apud Dioscor. lib. 4. cap. 87.

Ephemerum animal, a uita diei unius, sic appellatū, pedibus quattuor, pennisq; totidē mouetur: & cum quadrupes sit, uolucr quoq; est. Aristot. libro. 1. capite. 5. de natura animalium.

Ephestion, uel Ephestios, Aristolochia, Clematitis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 5.

Ephesia, Artemisia, apud Dioscor. lib. 3. ca. 125.

Ἐφιάλτησ. Fit hoc malum in continua cra-pula, & stomachi cruditate. Acciditq; in eo constitutis, difficilis motus, torpidus in somno sensus, suffocationis in mente obversatio, & ueluti ingruentis alicuius mali

E P

occupatio. Sequiturq; clamoris & uocis frustratio, aut incertus et indiscret⁹ sermo. Quidam eos qui in se irruerunt, audire etiam se credunt, et ab eis Venerem exigere, mox illos fugere, & his similia alia, quæ suauissime in quarto cecinit Lucretius, Tollunt clamorem quasi iugulentur ibidem: Multi depugnant, gemitusq; doloribus ædunt, Et quasi pantheræ morsu, sae uine leonis Mandentur, magnis clamoribus omnia complent. Multimortem obuent, multi de montibus altis, Et quasi præcipitent ad terrā, corpore toto Exterrentur, et ex somno quasi mentibus capti, Vix ad se redeunt per moti corporis æstum. Nostri uocant dæmonem Insultorem, uel Incubum, alijs Phaunos uocauerunt, ut Plinius, & Phaunorum & Incuborum ludibria & oppressiones. Superstitiose enim, ad hæc moueri in quiete animos nostros ab his Dijs credidit antiquitas: cum tamen non tam medicis autoribus, uerum etiam Macrobius teste libro primo de somnio Scipionis, crapula & cruditate id malum fieri compertum sit. Cui præcæperunt ueteres a principio adesse. Siquidē permanente, crebroq; per quietem nos turbante grauius aliquod malum, qualia sunt attonitio, insania, & comicalis morbus, cum primum in caput malū huius uis fieri coepit, resistendum. Quæcunq; enim comicales per diem & in uigilia, eadem in quiete & nocte ephialtici patiuntur. Non negligenda igitur nocturnarum huiusmodi per quietem præfocationum remedia. Plura de hoc morbo Galenus, et Hippocrates libro de ægritudinum cauissis & signis.

E P I

Ἔπιαλος, febris quæ in principio tranquilla, & quæ blande leniterq; calefacit. Ἔπιαλος λέλεκται ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἄλσος, λέγω δὲ τῆς θαλάσσης ὑπίαστ μὲν φαινομένοις, καλεπῶσ δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς εὐτῆς ὑπάρχει χούσκος ἢ παρὰ ὑπίωσ ἀλεάτην ὅπερ ἐσίθεμαί νει, id est, dictæ Epialos febris est, aut per translationem a mari, quod a principio tranquillū, tū difficillimum: aut quoniam blande & leniter calefacit. De origine uero & causa longius in hæc uerba a Galeno lib. 2. agitur. τὸ ἔλαδεσ φλεγμα ψυχρότατον ὑπάρχον ἀπαντοσ φλεγματοσ ἐπερ ἀσπείσ ετικε

E P

νοῦ ἐν ὅλῳ πλεονάκον τῷ σώματι τὸ ἀνεμοθερμαντον ἐργάζεται: φίγοσ ἕνεν τυρετοῦ, ἐπὶ γάρ τῷ ἐπὶ χυμοῖσ απομένων τυρεπὸν ἡσπίσισ ασ μαλισα τὴν τυρετικὴν ἀνάπτει θερμασίαν ἵδε σαπείν δὲ ὅλου μερέαν τοῦ σκπομένον, ὁτερέσι σπάνε οὐ διάτηματρον σῆψιν ἀμφιμερινοῦ των ἐπτιν γίνεται. ἡμισασεσ δὲ γινομενον διαδὲ ὅλης ἀντοῦ τῆς δυσίασ διαλῶσ, ἀλάτε νῶν μέν μορίων σκπομένων τινῶν δὲ μενόν των ἀσασῶν τὸν ὑπιαλον ἐργάζεται τυρετόν, καθάδη ὅμη ἀμαρτίγονσιτε καὶ τυρετ τοῦσιν, τὰς μὲν ἀσαπτην μόρια τοῦ χυμοῦ δὲ ὅλων ἐνεσπαρμένα τὸν φλεβῶν ἢ καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος τὸ φίγος τοιει, τὰς δὲ σεσητώτα τὸν τυρετόν ἀνάπτει.

Quorum sensus hic est. Si uitrea pituita omnium aliarum pituitarum frigidissima nondum putrefacta, toto abundauerit corpore; inexpugnabiles, & qui calore nullo euinci possint sine febre cum tremore algores facit. In febribus enim quæ in humoribus accenduntur, putrefactio maxime caliditatem febrium accedit. Quod si tota pituita hæc putruerit (quod tamē raro fit) ob immensam putrefactionem quotidiane febris cauſa est. Cum uero non tota æqua liter, sed dimidium eius, aut aliquæ partes putruerint, aliquot uero non putruerint, Epialon febrem hanc facit; in qua simul cū algore tremor, & febris caliditas est. Quæ enim partes humoris eius non putruerunt omnibus uenis, aut reliquo corpori commixtae & sparsæ, cum tremore algores faciunt. Quæ uero putruerunt, febrem accendunt. Et hoc febris genus Epialon tantum uocauerunt. Postiores, & quibus non fuit præcipuum Medicinæ studium, febrium frigora intellexisse hac uoce plerumq; uidentur.

Ἔπιελήν, Incubus morbus. Lege dictio nem, των γαλίων.

Epicanchidæ. Canchorum radices.

Ἐπίκαυμα, quoties exulceratio facta sordida, impura, & igne adustorum similis, quæ purgante in oculo, saepius sequuntur & effluunt humores omnes.

Epicauma, hulcus oculi sordidum, impurum, crustosum, ab Avicenna adustum uocatum.

Ἔπικλινται, uocantur terremotus qui se ad angulos acutos in obliquum quatunt,

E P

- quasi in transuersum sese agentes.
- Epicoma.** Lege, Exulcerationum quæ in oculis oriuntur differentiæ.
- πικροτον, complanatam, pauitamq; terram contendunt, ubi testudo incubit.
- τωκαρβιδεσ, idem qui τυκαρβιδεσ, canthorum in oculis radices.
- Epiceras,** sic Hippocrates quondam nomē indiderat Fœnugræco: quia semen simile habet ceruiculis.
- Epicrasis.** Vocant inquit Galenus libro. 9. Method. uinosi succi curationem, Græce τωκασιν.
- τωκανση, percussionis genus, & mos quidam, quo puerorū mangones macros pueros cædebāt, ut pinguesceret. Ea talis erat. Ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilibus partibus incutiebant, donec modice attollerentur: deinde & alia quoq; adhibebant remedia. Vide Galenum. 14. Method. a fine.
- τιχρισματα τροσωσου, unguentum ad faciem extergendam.
- τιλημός quid sit, require in dictione, Morbi qui uno tempore. &c.
- Epidimij morbi** qui sint aquid Hippoc. require in dictiōe, Morbi qui uno tempore.
- τιδοσισ, morborū incrementum, & idem quod τύξισ apud Gale. libro de temporibus morborum.
- Epidimiales morbi** uocantur, id est, grassantes uulgo & publice. Scripsit Epidemion libros aliquot Hippocrates.
- τιθέαι, summæ cuticulæ ablatio.
- Epideris.** Lege. Nympha.
- Epigastrion,** totum id est quod supra uentre, diuiditur in tres partes, id est, super Hypochondriō, id est, ilia, quod est super umbilicum, Vmbilicum, & Imum uentre. Atq; ita diuidit Gale, comment. Aphorismo. 35. libro. 2.
- Epigenema,** quasi dicas aduentitium germen: atq; sic uocat Gale, morborum symptomata. Estein Epigenema, succedens, idem quod morbi symptoma, Gale. lib. 1. de differentijs morborum. Græcis parum est in usu, sed symptoma, et pathema, & pathos creberrime sunt ipsis in ore. Vide etiam de morborum symptomatis.
- Epigeon.** Lege. Absides.
- Epigetus,** Clematis herba apud Dioscoridē libro. 4. capite. 192.

E P

- πιγλοσσισ, inquit Pollux, simplicis uocis est organum: lingua autem uocis articulata. Epiglottida enim uocant minorem linguam, quæ duabus est interposita fistulis, dupli opere. Nam inter epulandum operit arteriam, ne spiritu ac uoce illuc meante, si cibus potusue in alienum deerauerit tramitem, torqueat. Vbi uero spiritus tantum, aut uox commeat, gulam integrit: ne restagnatio intempestiva alui obstrepatur.
- πιγονωσισ, genuum patella.
- Epilepsia,** siue morbus comicialis, est detenatio mentis. sicut cum quis mente, intellectuq; capit, atque ipse sensorijs organis: quibus casus repentinus accedit, & spuma ab ore profluit. Nam,
- τιληψια, alias morbus comicialis, siue Herulanus, uel Caducus, Lunaticus, Sacer, Græce, ιερα νόσος, id est, sacra passio. Item morbus S. Valentini. Sic dicta, a mentis captione. Species habet τιληψιαν, και παταληψιαν. Non est nisi spasmodus corporis totius, cum nocturno membris, & actionum principalium. Vel est humor frigidus, quo uentriculi cerebri non perfecte opilantur. Serenus. Est subica species morbi, cuius nomen ab illo est. Quod fieri nobis suffragia iusta recusat. Sæpe enim membris acri languore caducis, Consilium populi labes horrenda diremit: Ipse Deus memorat dubiae per tempora lunæ, Concæptū talis quū s̄epe ruina profundit.
- Epilogismos,** communis ratio est, et omnium assensu conspecta, primo prædictionum Aphorismo, & primo prognostic. in commentario Galeni.
- τιλωται, oculorum morbus.
- Epimedum,** caulis non magnus hederæ folijs apud Dioscor. lib. 4. cap. 22.
- πιμελισ, πιμελισ, αμαμελισ, ωμομελισ, omnes unā & eandem arborē significant, que aut in malo insī: a est, aut eadē illis figura, quantitate, saporeq; aut parū dissimili.
- Epimelon,** & Epimelida Græci nuncupant sylvestris malī genus, copiosum in Calabria, fructu acerbo, & infesto capiti & stomacho. Sunt qui Vnedonē, & fructū eius ita appellant, alij pyri genus. De quo lege Corol. Bar. quod scripsit in Arbutū lib. 1.
- Epinyctides,** ulcus aciem oculi habetans, et in angulo oculi perpetim humore emanans, Plinius libro. 20. Vel,

E P

πτυντίς, pessima pustula, colore uel subnigra, uel subliuida, uel alba. Circa hanc uehemens inflammatio est, & cū adaperta est, reperitur intus exulceratio mucosa. Color est humoris suo similis. Celsus lib. 5. cap. 28. Lege, Pustulas Græci.

Επινύctides, item ulcuscula, ut inquit Paulus, sponte sua surgentia sunt, pustularum figura, & rubescencia: quibus apertis, cruenta sanies effluit, per diemq; non magno pere dolorem sentiunt, per noctem uero grauissime; unde & nomen acceperunt. *πτεραιγεσις*, repetita sanguinis ablacio, uel secundario missio sanguinis. De ea uide plura apud Galenum libro de ratione sanguinem mittendi.

πτιφορά, oculorū infirmitas: quem morbus & Plinius, & Cicero in Epistolis Ephorā uocauit. Lachryma uulgo appellatur.

Epiphora, morbus est ocularius, cuius cerebramentio apud Pliniū. Nascitur & Epiphora in genitalibus. Colum.lib. 6. cap. 16. *Epipactis*, inter frutices Asiae, & Græciae a Plinio reponitur. Meminit eius & Dioscor. lib. 4. cap. 110.

Epipetron, similis Ocimastro herba. Vide de hac Barbari Corollariū de Ocimastro.

πτιποκηλη, a nostris Hernia.

Epipomphalon, est excessus omenti per ipsum umbilicum.

Epiplocele, est delapsus omenti in partem aliquam suam.

πτιπλοογ, id est omentū, quod intestina conregit, ex interiore parte leue ac strictum, ex superiore mollius: cui adeps item innascitur, qui sensu item, sicut cerebrum & medulla caret.

πτιπόλαια τῶν ἐλκῶν, ulcera summam cutem occupantia.

Epipteron, Lens palustris, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 90.

Epirotica mala, quæ latine Orbiculata, ex Epiro inuecta primum. Orbiculata nostri appellauerunt, ex figura orbis in rotunditatem circumacti.

Epision. Lege, κτεῖς, græce *πίστιον*, id est, pubes.

Epistles græce dicitur, qui nobis præceptor, siue præfector rei faciundæ, uillicus, præpositus, procurator.

Epistomion, uerebra, quæ cum collo circumagitur.

E P

Epistrophe, primus nodus colli.

Epithema, est quoddam aggregatum ex sucis, uel aquis distillatis ex pulueribus, positū supra membrū mediante panno lineo, uel laneo in eis infuso.

Epithymos, Thymus, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 42. Plin. lib. 21. cap. 10. & 21.

Epithymbrū, pro eo accepit Paulus, quod est in Thymbra, modo quo Epithymū uocamus, quod est in Thymo.

Epithymum, flos est Thymi, sed nō omnis.

Egit de Epithymo Dioscor. lib. 4. cap. 189.

Epityrum, quanquam sine e quidam cense ant legendum Pityrum, ex confractis oliuis fit, ex quibus etiam nomen traxit. Columella euidenter ostendit, Epityrum dici in oliuis genus conditum: docetq; quem admodū id fiat. Cato quoq; ante Columellam tradidit cōpositionem Epityri, cuius uerba hæc sunt. Epityrum album, nigrū, uarūmq; sic facito. Ex oleis albis, nigris, uarijsq; nucleos ejcito: sic conditō, conciditō: ipsis addito oleum, acetum, coriandrum, cymīnum, foeniculum, rutam, mentham: in orculam condito, oleum supra siet, ita utitor. M. Varro libro de Lingua Latina 3. enarrans illud Plautinum. Si unū Epityrum estur. Epityrum, inquit, uocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia, & Italia uisa. Quidam quia apud Græcos caseus dicitur, τυρός, opinati sunt Epityrum dici cibum caseatum. Quibus reclamat autoritas scriptorum classicorū, quos nominauimus. Videtur autem appellari Epityrum, a confracta oliua, quæ Græce dicitur πίτυρος. Colum. lib. 12. cap. 46.

πτιπυκείδος κοριδαλίδες, id est, sepulchrales aues, apud Theocr. σειδιλ.?

πτιπυκείδιτός, dicta ab Theocrito Galerita, est auis, ex eo, quia secundum Poetarū fabulas, τύμβον, id est, sepulchrum patris sui in capite gerit. Fabula est apud Aristophanem. Lege, Galeritam.

E P O

Epomis, uide, Acrocomia.

πτομφάλον, umbilici superior pars.

E P S

πτυσίς, perficiendi cibi uocabulum.

πτυθεντά, pota.

πτυθείς η ἐκβλίθεις τύρος, caseus decoctus & expressus.

πτυσική, id est, serpentia, uel serpentia.

E Q

E P V

Epulis, carnis quædam excrescentia, quæ ab inflammatione emergit, ad intimū molarem, cum febre et dolore nonnunquam. Paulus lib.6, cap.27.

E P H Y

Ephydros, Equisetum, uel Hippuris, apud Dioscor. lib.4, cap.49.

E Q V A

Equapium, Dioscoridē Hypposelinon, lib. tertio, cap.76.

E Q V I

Equienti mulæ. Equum appetenti, & mari tum desyderanti. Canes cōsimiliter dicuntur catulire, quando cupiūt maritare. Tradit Plinius, equas domitas sexaginta diebus equire, ante quam gregales. Columel. lib.6, cap.37.

Equinialis, Hippuris, apud Dioscoridem libro.4, cap.49.

Equisalix, Hippuris, apud Dio. li.4, ca.49.

Equiselis, Hippuris, apud Dio. li.4, cap.49.

Equisetum, Græci Hippurim dicunt, apud Diosc. libro, 4, cap.49.

Equition, Hippuris altera, apud Dioscor. lib.4, cap.50.

E Q V V

Equum fluuiatilem, Hippotamon Græci appellant. Sanguine eius utūtur pictores. De Hippotamo Dioscorides lib.2, Plinius lib.8, cap.25, &c.26.

Equus. Plin. lib.8, cap.42.

Equorū alius uectorius, alius bellator, alius cursor, admissarius, quadrigarius, desul-

E R A (tor.)

Eranthemis, Anthyllis, apud Dioscoridē lib.r, cap.154.

Eras Medicus, citatur ab Aetio ser.9, c.49.

Erasistratus, Aristotelis filia genitus, uel ut placet Suidæ, Chrysippi discipulus fuit. Vixit sub Antiocho rege: quo liberato a morbo, centum talentis donatus est, ab rege Ptolomæo filio eiusdem. Eisdem temporibus, ut inquit Celsus, in treis parteis Medicina diducta est; ut una esset quæ uitru, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primā διαιτητικὴν, Secundam φαρμακιντικὴν, Tertiam χυρογεγικὴν Græci nominauerunt. Eius autem quæ uitru morbos curat longe clarissimi authores etiam altius quædam agitare co[n]ati, rerum quoq[ue] naturæ sibi cognitionē

E R

uendicauerunt, tanquam sine ea truncæ & debilis Medicina esset.

E R E

Eρεβινθός, Cicer.

Erechites, Senetion, apud Dioscoridem lib.4, cap.98.

Eresionem, siue Iresionem uocabant plantam oleagineam, uelleribus & corollis inuolutam. Vnde & nomen contra pestilentiam fecibus imponi solitum: ut est apud Aristophanem. Hanc & Corythalion dicebant. Etiam si pro laureo quidam ramo accipient, in eundem iustificationis usum.

Eretrici canes, Apollinis iussu nutriti, qui & aratro terram uertere dicebantur.

ἔρευτικὸν, quod ructum mouet.

E R I

ἔρια δισυπηρὰ, lanæ succidæ.

ἔρια δισύπηρα τὰ ἀπαλά, lanæ succidæ molles.

ἔρια κεκαυμένα, lanæ combustæ.

ἔριαι, fruticosa arbor, myricæ similis, Jonge minor, cuius flore apes reprobum mel efficiunt. Plinius antor est, colorem habere Rorismarini, ac pene folium. Germani ea utuntur ad scopas. Sola floret in sylvis, Asiæq[ue], & Græciæ fruticibus adscribitur. Athenienses hanc, inquit Plinius, Tetradicem, Euboea Sisarum, siue ut Varro, Sifara, unde liquidū mel fiat, uocat: putantq[ue] apibus esse gratissimam: fortassis, quia tūc nullus aliq[ue] sit copia. Theophrast. Tetralicem, non Tetradicem, nisi mendax est codex, appellat, in genere fruticum, aculeatā & germinantē æstate. De ea Erice intelligat, cuius meminit Dioscorides li. 1. an de alia, non intelligo. Quia tū bis in anno floret Erice, prima uidelicet, & ultima sylvestriū, nec inter aculeatas ponitur, fieri potest, ut alia sit Tetralix sua Theophrasto, alia quæ pro Erice Athenis capitur: nisi quis hanc Tetradicem, illam Tetralicem uocari malit. Meminit & Tetragoniat uocatæ Theophr. sed inter arbores, que tardissime germinant, ut Thyia, Taxus. Theodus Quadratoriā interpretatus est: melius si Quadrangulam. Colum. Ericen intelligit, cum amaricum, siue amaricen, & amaricinos flores commemorat. Quanquam & ibi corrupta in eo lectio dicitur. Nam & amaranthini pro amaraciniis, & Tamaricen pro Amarice scriptū fore inuenias:

E R

cum sit Tamarice, non Erica, sed Myrica. Confundit hoc Palladius, qui tertiam mel lationem, Tamarisci floribus constare tradidit; cū Erices, id est, Amaricis, nō Tamaricis pabulo fiat, autore Plinio. Nisi quis Tamaricis appellatiōe, ueteres & Ericem & Myricen significare uoluissē dixerit. Plinius Ericem illi similem descriptis. Creedo Myricem, non Ilicem legendum, cum Dioscoridis autoritate: tum quod ita modo cernitur in Patauīnis montibus, nō qui dem folio, quod ei rorismarini simile tribuitur, sed musco, quem floris uice habet, ut Myrica. Quod autem Erice uideatur uocata Siderites libro Plinij undecimo, nos eum locū in castigatione Pliniana depravatum ostendimus. Annotauit Barbarus Corollario in Ericem. Vide & Plin. lib. 11. cap. 16. Vergilius quoq; inibi annotauit. Erice in Aegypto quondam fuit grata Isidi arbor, quæ tempestate eiectum Osyridem excepisset, subitoq; incremento intra se clausum operuisse: testemq; & aueorem citat Plutarchū libro de Iside & Osyride. Ericēum, sylvestre mel, minimeq; probatū. Erigeron, Senecion, apud Dioscoridem libro. 4. cap. 93. Erinaceus. Lege, ἔχινος θαλάσσης. Erineos, Epimedium herba, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 22. Erinos, Hydereron herba, apud Dioscor. lib. 4. cap. 32. Erinacei ouatij. Lege, ἔχινος. Erynacei Bryssi. Lege ibidem. Erinum medicamentum uocatur, quod caput purgat per nares. Item, ἔρινος medicamentum, quod naribus iniicitur, apud Paulum lib. 3. Erithini pisces. Plinius lib. 9. cap. 16. Erithace, apum cibus. Plin. lib. 11. cap. 7. Erithratores, siue ut alijs placet, Tetraones, anserū specie sunt nigricantes, rubeo paulum perfusæ, ueniuntq; e septentrione. In auarijs saporem amittunt: moriuntur contumacia, spiritu reuocato. Plinius. Eretria terra qualis sit, uide apud Dioscor. lib. 5. cap. 162.

E R N

ἴγνος, surculus ex arbore.

E R O

Erothalles, Aizoū maius, apud Dio. lib. 4. ca. 91, sic dictum, quia amatorij sconueniat.

E R

Ἐρωτές, inter melancholiae species a Paulō ponuntur, qui nimia amoris cura in ægritudinem labuntur.

E R R

Errabunda febris. Lege, Febris est exuberantia. &c.

Erratica aliquā uocamus, quæ Græci ἄγρια,

E R V

Eruca, uermiculus, qui ex asilo fit uermiculus. Plin. lib. 11. cap. 32.

Eruca, græce κάμπη, uermiculus est, qui in oleribus gignitur.

Eruca iuuamenta, lege apud Diosco. lib. 2. Plin. lib. 19. cap. 6. s. 10. & lib. 20. ca. 13.

Eruca, græce κάμπαι, hortorum, olerūq; oīm pestis: erodit enim & deuastat omnia. Nostra ætas, inquit Vergilius, totū hoc genus, quacunq; formasit, & ubicunq; nascitur, una appellatione Brucos nominat, cū tamen Locustarum genus quoddam priuatim Græci Brucum appellant. De Eruca Plinius libro decimo nono, capite. 16. libro sexto, capite duodecimo, & 23. Diocor. libro secundo.

Eruilia quid sit, pulchre admodū differuit Manardus de Ferraria, libro. 1. epistola. 3. Quod nos Eruilam uocamus, non id est legumen, quod Arabes, uel potius libri ex Arabico in Latinam linguam quomodoli bet uersi, Mes, uel Almes, uel Meise uocant, neq; id quod Almelic. Nam cum teste Serapione cap. 116. granū id quod Mes appellat, oculum habeat, cum pupilla nigriore, & herba eius sit Phaselus, tamē eius dentia, & experientia ipsa satis docet, quod Eruilia oculum non habeat: uel si quid habet, quod oculus a defendantे propriū dogma forte dici possit, id omnino nigriore pupilla non constat. Subinde quantū Phaselis herba, ab ea, quæ Eruilię distet, ex utriusq; aspectu quiuis addiscere potest. Si quis tamen uisui non credit, gustum consulet. Scribunt siquidem Auicenna, & Isaac, in cortice Mes esse ponticitatem. Ita enim ipsi appellant eum saporem, quem Græci σεύφων, nostri modo stupidū, modo acerbum nuncupant: qui quidem est sapor linguam uehementer adstringens, & ueluti ligans, qualem glandes maxime præse ferunt. Tam alienus est autem hic sapor ab Eruilia uera, quam ipsa a glandibus. Rursus Mes est idem quod pisum: sed pisa nō

E R

sunt Eruilia nostra. Scribit enim Plinius lib. 12. Pisa habere angulos, ut Cicercula, quos in Eruilia certe nostra non videmus. Libro quoque decimo octavo de Eruilia & Piso, ceu rebus diuersis, ait, quod folio constant longiore. Et Theophrastus Pisum multifolium esse dicit, terrenum, amplum, adeoque vagum, ut locum totum impleteat, etiam si amplio interiuallo sit positum, quae nostrae Eruilie minime quadrant. Liquet ergo, quod Eruilia non sit Mes. Quod uero non sit id quod Arabes uocant Almelic, non aliter quam Auicennæ ipsius testimonijs probandum. Is enim capite. 353. secundi libri, ex sententia propria afferit, Almelic esse Erbum, ut ibi legitur. Quod uero Erbum, de quo ibi Auicenna (Orobon Græci appellant, nos Eruum) tam sit ab Eruilia nostra, quam Mes Auicennæ diuersum, adeo clarum est, ut probatione non egeat: iumentorum enim potius quam hominum cibus est Eruum, Eruilia homines libentissime uescuntur. Quonam uero nomine haec res ab antiquis censeatur, quam Eruiliam Plinius uoce nonnulli, uel parum ab ea (ut fieri assolet) deflectendo, Rouiliam uocant, Pisarelos Veneti, Rodionos alij, hoc operosius est ualde iudicare. Si enim uix possunt illa agnosciri, que ab antiquis summa arte effigiata, et ueluti sub oculis posita sunt, quanto laboriosius fuerit legumina agnoscere, quorū illi uel nomina, uel naturam, non quali forma constarent, ostenderunt. Praesertim nostro aeo, quo simul cum nominibus, multarū rerum cognitio interiit. Adde, quod & Galenus ipse ambigere in his quoque uidetur: anxie & scrupulose nonnulla eorum peruestigans, & ambigenti demū magis quam decernenti similis. Quod non alia ex caussa puto accidisse, nisi quod antiqui in eis describendis fuere negligentiores, que in propatulo, & assiduo hominū usu esse cognoscebant. Quod & Plinius quodam loco animaduertit. Sunt tamen duo, triaue, quae memouent, ut credam Eruiliam hanc nostrā esse id, quod Theophrast. & Diocles Dolichon uocauerūt, & Galenit tempore Phaselus, uel Lobus dicebatur, & a Theodoro Siliqua: quanquam si a tanto uiro diffire licet, Siliqua existimanda est aliud legumen, iuxta Latinos autores. Quod ue-

E R

ro præter nomen ipsum, quod nulli alteri legumini magis quadrat, precipue memouet, est id, quod de Dolichis scripsit Theophrast. s. de histo, plantarum libro: quod si iuxta longum lignum quis eos affigat, ascendunt, & frugiferi fiunt: si non, malis & uermiculosis redduntur. His si addideris Galenum dicentem: Dolichos in hortis conseri, excrementa alui excutere, & uix ob redundantē humiditatē conseruari posse, uidebis profecto, huius Dolichi proprietates adeo huic nostrae Eruilie congruere, ut nulli alteri legumini magis. Adde quoque, si placet, & aliud Dolichorū propriū ex eodem Theophrasto, & Galeno. 2. lib. de Alimentis sumptum, quod scilicet ipso rum solorum, dum recentes sunt, simul cum seminibus siliquæ quoque mandantur. Ratione cuius proprietatis, appellari eos Lobs scribit Theophr. & post eum Aetius. Eruilie autem solius inter legumina edi ab hominibus siliquas simul cum semine, nemo est qui nesciat: cum & crudæ aliquando ab ociosis, & coctæ a nobilibus, confecto presertim ex eis delicato quodam pulimento, libentissime mandantur, aliorum leguminum siliquis in cibum iumentorum projectis. Nolim tamen quemquam mihi de uerbo calumniā facere, qd Dolichon dixerim Galeni temporibus fuisse nuncupatum Phaseolum, qui sit aliud ab Eruilia. dicimus enim, Galenum secuti, aliud esse legumen quod Phaselus, aliud quod Phaselus, uel Phasiolus dicitur: & Phaseolum esse idem Dolicho, ut Paulus post Galenū confirmauit: Phaselum esse, qui nunc uel go Phaselus, quem Vergilius uilem nuncupauit. Quod si animaduertisset Serapio, sub lubiae nomine, quod certe a lobo græca uoce deflexum est, Phaselos cum Phaselis, id est, Eruilia, minime confudisset. Quod & hi quoque peccarunt, qui nostro tempore Dioscoridē interpretati sunt. Ex quo uidere licet, quātum ad res ipsas probe internoscendas conducat nemīnum intelligentia, quam tamen nonnulli hoc tempore penitus aspernantur. Si igitur (ut probauimus) Eruilie sunt Dolichi, quis ambigat malas esse: cum scribat Galenus, Dolichos multum esse fabis deteriores, quae dubio procul malis cibarijs connuerantur.

E R

Eruilia, ut inquit Hermolaus, leguminis genus est, quam nonnulli falso Durellam uulgo dictam interpretatur, propterea, quod hodie quoque in Umbria uocant Eruiliam agricolae, quod in Gallia & Venetia provincia Doram, Durellamque folio crasso et oblongo, Leontopodij, sed maiore, capitulis semen in cludentibus minutum, simile Nasturtio, tantum exilius; flore candido. scopas ex ea raras faciunt. At Eruilia sylvestris herba est, amaritudinis eximiae, colore & folio Cicerculae, quamquam minore.

Eruingium, herba genus.

Eruptiones, ἐνθυματα græce.

Eruum, Græci Orobum. Auicenna ca. 331. herbam Iudaicam: capite. 353. Herbum uocavit: ignorare tamen uisus, quæ res esset: sicuti & a multis nunc quoque seplasiaris, & Medicis ignoratur: granum quoddam nigrum, Viciam potius quam Orobū referens, pro ea capientibus, cū sit in Tuscia notissimum. Vidi ego Florentie album et ruffum. Manardus lib. 9. Epistola tertia. Vide etiam Dioscoridem libro. 2. cap. 119. Plinii lib. 18. cap. 15.

Eruiangina, caulinus est sesquipedalis, & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, folio pingui, flore luteo, aut candente, radice digitæ crassitudine, & cum ariditate flaccescit, caulis fusculosa. Hanc inter legumina nasci constat, & ea strangulare. Ex maleficio, inquit Marcellus Vergilius, nomen Orobanche fecit antiquitas: quia fruges, legumina, eruumque præsertim circumligando se necet, Eruiangina dicta.

E R Y

Ἐρυθρος. Lege, Halimum.

Erynge, id est, Eryngion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 23.

Eriungij, Legendū, Eryngij. Est enim Eryngion, siue Erynge herba inter aculeatas in primis clara, contra serpentes & uenena omnia nascens. Eius radix bibitur aduersus ictus, morsusque. Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquuit. Colum. lib. 6. cap. 5.

Eryngion, Aloe, apud Dioscoridem libro tertio. cap. 24.

Eryngion, clara in primis, aculeatarum herba, de qua uide Dioscor. lib. 3. cap. 23. Plin. lib. 21. cap. 16.

Erysmon quid sit, Lege, Irion..

E R

Ἐρυσιβη, hordei, & frumentorum rubigo græce.

Erysipelas, autore Galeno, is tumor est, qui ex tenui sanguine, interim et cum bilis parte incenso ac feruete consistit. Vulgo, Ignis S. Anthonij, uel, Ignis sacer. Serenus. Est etiam morbi species, quæ dicitur, Ignis, Lan guida quo multo torrentur membra calore. Quanquam me non fallit quid alij faciant ἐρυσιπέλαια. Fit in uulua, quando uulua affectu igni similem sentit, & tunc inflammatur ipsa, & in aliquibus penetrat interdum usque ad alias partes secundæ. Vel, Estrubor inflammatus, qui cum ardore febrem aliquando, interdum horrorem infert. Ause rimus autem uel missione sanguinis, uel cucurbitis, uel sanguis fugis, uel alio quoque pacto. Educimus autem sanguinis plurimum, quando sanguis maxima causa esse morbi deprehenditur. Arripienda autem sanguinis missio, quæ tutior erit, quæ molesta & grauis uitanda, atque huius loco pharmaca exhibenda sunt. Cucurbita in contusione locorum, Sanguisuga, in quibus exiliter aperire locum affectum uolumus, adhibenda. Galenus libro de Definitionibus.

Ἐρυσιπέλαια, ignites rubedines cum inflammatione, quæ febres & horrores aliquando afferunt. Late patet hoc malum, nullaque pars corporis interior est, in qua hoc inflammationis genus non contingat. Patiuntur id foeminæ in locis suis: patiuntur homines in sede, in iecore, cerebroque, & alijs locis. Mox uero in sanie suppurans, uel repens, alia nomina sortitur.

Erysisceratum, græce ἐρυσικηπτερον. Multæ herbæ hoc cognomine apud Dioscoridem leguntur, quo nominis etymo, aut quæ tandem ratione, non video: nisi quod Hermolaum Barbarum, & M. Vergilium dubitare video. Plinius Asphalatum uocat. Erythacus, a Theodoro interpretatus est, Tubecula. Est autem Tubecula quædam uolucris ab eodem confecto nomine, quæ Aristoteles βάτην uocauit.

Erythra, Melissophyllum apud Dioscoridem lib. 3. cap. 117.

Erythranon, a colore acinorum, hederae genus, de quo uide Barbarum in Coroll.

Erythranum, Satyrium, Dioscorides libro tertio, cap. 146.

E S

Erytrhodanum, pingitur apud Dioscoridē lib.3.cap.161.

Erytrhonion priapicū, Satyrion, apud Di scoridem lib.3.cap.145.

Erythini pisces. Plinius lib.9.cap.16.

Ἐγυργοειδής, tunica qua conteguntur uenæ & arteriæ. Lege, ἐλικοειδής.

E S C

Ἐσηράρα, ustio, simul et nigri coloris crusta ab igne relicta. Hermolaus ignis pustulas interpretatus est, ἀπὸ τῶν ἐσχαρέων, more ignis crustam inducere.

Eschasmenos, Onobrychis, apud Dioscor. lib.3.cap.171.

Esdra, compositio ualens ægritudinibus cerebri: haud scio an Prophetæ illius qui in Biblijs sacris celebratur, an sub ipsius nomine confecta, cuiusmodi sunt haud parū multæ. Describitur ab Nicolao.

Esopos, sylvestris Lactucæ genus, quam Dioscorides uocat, sylvestrē Lactucam.

E T E

Ἐτερογένειον, Caluariæ altera pars. Inde ἐτερογένεια, morbus, qui nomine alio Hemicrania, græce ἡμικρανία. Est enim, ἐτερογένεια, in altera parte caluariæ dolor. Eterocrithon, genus hordei, ab rubigine, & quoniam incuruum nascitur.

E T H A

Ethale, fuligo thuriis.

E T H M

Ethmoides, id est, Cola, uocantur nariū meatus, quibus olfactus perficitur. Galenus libro de Olfactus sensorio. θύμος, narium interseptum.

E T H V

Ethusa, Cicuta, apud Dioscor. lib.4.cap.82.

E T R

Etridia, frusta. Vide, κοιλίον.

Ἐτροῦ, id est, pubes, uel quod est inter umbilicū & pubem. In quadrupedibus Sumen a Latinis dicitur. Vide, κοιλίον.

E V A

Euax, rex Arabum, de simplicium effectibus, ad Neronem scripsit, teste Plinio libr. quinto, capite primo.

E V B

Euboica, Ebulus, apud Diosc. lib.4.ca.185.

E V C

Ἐνκοίλια, id est, uentri utilia, & stomacho accessimoda.

Ἐνκοίλιον. Vide, λύειν.

E V

Ἐνκεφαλία, bonum temperamentum. Idem ualeat ἐνεξία.

Ἐνκεφατός, id est, temperatus. Sic ἐνκεφαλία uocamus, quæ mitioris sunt temperatæ corpora humana. Galen. i.de Temp.

Ἐνκοιλίος, quod uentri salutare est.

Ἐνχονδρός, Cartilagines.

Ἐνχοια, quæ bonum colorem habent.

Ἐνχυλία, quæ boni succi sunt.

E V D

Eudamus, Medicus, & Pharmacopola quispiam fuit, annulos cōtra uenena & serpentum morsus uendere solitus, ut ex Aristophane coniūcio.

Eudemus primus post Hippocratem nervorum anatomicen descripsit, non medicorum Medicis scrupulum iniūciens.

Eudemus Chius, arte minime laudatus, Helleborum bibens, non purgabatur, & 22. potionis uno die sumpsisse se retulit, foris apud uasa sedentem, nec surrexisse, priusquam esset meridies: tunc uero domo petita, balneas ingressum, coenatumq; more solito, nec quicq; euomuisse. Hoc tamē auxilio quodam preparato cohibuit. Accedit enim acri aspersam pumicem bibisse se retulit, post septimam Hellebori potionē: rursusq; ex mero eodem modo egisse. Pumicis autem uim magnam adeo esse, ut si in urceum bullientem eam inieceris, feruum extinguis, nō solum parte aliqua feruoris, sed etiam ex toto. Pumicem enim exsiccare uehemētissime, atq; ad se spumā totam recipere uolunt, idq; extinguendi caussam esse. Theophaſt. lib.9.cap.18.

Eudemus medicamentarius, & pharmacopola laudatus, atque ea in arte facile princeps. Is cum ciere aluū uellet, inquit Theophaſtus, atq; se nihil affectum iri perceperisset, quiddam admodum mediocre ante solis occasum deuorauit, quod neq; contineere, neq; deuincere potuit. Theophaſt. lib.9.cap.18.

Ἐνδιατίνευσι dicuntur, quibus libera corporis transpiratio est. Eosdem aliqui, tum Medicorum, tum Gymnastarum Areosyncritas appellant.

E V E

Euectiti, qui sunt corpusculo habitiori.

Ἐνεκτικώτατος, corpus uocatur, quod est saluberrimum, atque optimo præditum habitu,

E V

Euelepides etate Celsi insignis Chirurgus, et medicus ocularius, autor Collyrij quod Tragodes inscribitur, & item alterius, cui nomen μεμιγμένον, quorum compositionem uide apud Celsum lib. 6.

Euemion, Arnemone.

Euenor scripsit libros Therapeuticæ, ut autor est Aurelianus.

Euerriculum, genus retis piscatorij, a uerendo dictum.

Ευεξία, bonus cū robore quodā habitus, uel bona corporis habitudo. Vide, Εὐκρασία.

E V G

Eugalactos, Glaux herba apud Dioscoridē lib. 4. cap. 142.

Eugeniae uuę a generositate nuncupantur. Gręco enim uocabulo Εὐγενία dicitur nobilitas. Eugenei quoq; populi alpium incole, traxere nomen a prestantia generis, hoc est, ab eugenia. Itaq; Eugeniae uuę respondent suo nomini, quando uinū generosum fundunt. Columel. lib. 3. cap. 2.

E V I

Euidens cauſa, ea quæ alio nomine procastrica dicitur.

E V M

Ευμάλακτον, quod bene mollitur.

Eumeres, balsami fruticum tertia species, procerior, cortice leuiore,

E V N

Ευνουχισμός, castratio: quæ quomodo fieri debeat, docet Paulus lib. 6. cap. 68.

Eunuchus, Lege, Morbi.

E V O

Ευοδεις, bene redolens.

E V P

Eupatorium, Prassium, & Marrubiū, apud Dioscor. lib. 3. cap. 118.

Eupatorium. Quomodo erratum hactenus in Eupatorio sit, require ex Herbarij nostri tomo. 2. atq; item primo.

Eupatorium, uel Eupatoria, apud Dioscor. lib. 4. cap. 43.

Eupilides, cui in gingiuis, in quib; fit, caro nascitur. Est autem excrescens carunkula, quę ab inflammatione fit ad intimos molares dentes, cum febre & dolore nonnunquam. A Parulidibus differunt, quod Parulides inflammations sunt in aliqua ginguarum parte factæ, quæ nisi discussæ fuerint, suppurant: & cum suppurauerint, secantur, insertisq; linamentis aperiuntur.

E V

Egit de Parulidibus Celsus lib. 6. cap. 13.

Eupolides, citatur ab Galeno comment. in Hippocr. i. de ratione uictus in acutis.

Euphorbia, Libyca arbor, Ferulae speciem habens, ex qua gumī Euphorbiū, Diosco. lib. 3. cap. 95.

Εὐφνία, digitorū inculpata constructio, bonaq; habitudo: ut inter uallum illud magnum sit, quod est inter digitos medium, magnusq; digitus indici opponatur. Atq; sic Galenus ipse interpretatur gręce, libro de usu partium corporis humani primo.

Εὐφρόσηνος, corpus bene habens.

Εὐφθαρτος, facile corruptibilis, frangibilis.

Euphoria, non difficiles morbi, uel febriculæ sublatio.

E V R

Εὐραι, uenti orientales.

Euronotus, nōmē uenti est, qui medius flat inter Eurum & Notum: unde & nōmen accepit. Autor Plinius in secundo, Colummella lib. 11. cap. 2.

Eurechnemon, μαγικῶς Plantago, Eurithmia, est uenusta species, cōmodusq; in compositionibus membrorū aspectus.

Vitruvius lib. 1. cap. 2.

Euryphon Medicus, citatur ab Cœlio Aureliano.

E V S

Εὐσταχίου, Galenus interpretatur de Temperaturentis lib. 1. quadratum, id est, eum, quē nec gracilem dicere, nec crassum possis; sed nec calidum, nec frigidum, nec alio quouis nomine ex ijs quæ excessum, defecatum indicat, appellare, id est, mediocris omnino corporis habitu.

Eusine, Helxine, apud Dioscor. lib. 4. c. 42.

Εὐσόμαλος, stomacho utilis.

Eusteralis, a Dioscoride uocatur Sisymbrium: quo uero etymo, non video.

Eustron, hordeum montanum.

E V T

Εὐτονος, ualens exercitatio, robusta & uiolenta, quę musculos ad robur præparat: cui iusmōi est fodere, subleuare onera ingētia.

Εὐτραχφες, id est, pīngue & feliciter nutritū. Alias, & ἄσθρον gręce,

Εὐθοργίχες, id est, promisso capillicio & simplici. Cuiusmodi natura finxit Thraces.

Εὐθυνος, Napiū, uel Lapsana, lingua Aegyptiorum.

Εὐζουμος, Eruca: sic dicta, quoniam fūra com

E X

mendat. Concitat hæc morantem, ut poeta inquit, frigorum contemptrix.

E X A

Exacinatio, racemorū pestis non bona, acinorum scilicet defluentia.

Exacuit, hoc est, ut ego interpretor, a corem fecit, & acetis saporem concepit. Columella libro. 12. capite. 17.

Exacerbatio, Græce $\tau\alpha\gamma\sigma\eta\sigma\mu\delta\sigma$.

Exalburnare, arboribus suū adipem detrahere, & amputare. Vnde Robur exalburnatum. Lege, Alburna.

Exaliptes, inunctores.

Exaltant. Exaltare sulcum, est alta fossione deprimere. Est enim altitudo superior & inferior. Colum. lib. 3. cap. 13.

Exaniari, quasi sanie purgari, defæcariq; quo uerbo uititur Corne. Celsus. Cōsimile est Apuleianum uerbū Examurcari, pro eo quod est, amurca emundari, & sanie repurgari, & quicquid est fœculentum exstilare. Sic ait Columel. scribens de falsura suillæ carnis, Compositis in tabulatum tergoribus, pondere imposito, ut exanietur, hoc est, noxius humor emundetur. Colu. libro. 12. capite. 46.

Εγενθηματα, pustulæ quæ circa totū corpus aspredinem quandā cōcitant, similis ijs pustulis quæ ex urtica, uel sudore nascuntur. Celsus lib. 5. cap. 18. uocantur et φλυκται· ραι. Lege. Pustulas græci.

Εγέρθημα dicitur εκπλωσις ἀρθροῦ ἀπὸ τῆς δικτίασ κοιλότατος ἐπὶ τῷ ἀσύνηθεσ, id est, articuli a cauitate propria dilapsus ad insuetum locum. Vnde προαιρετική τακτωδίστε κίνησις, id est, propositus precepitur motus.

Exarticulatio, est ossis secundum naturam moti, ex concavitate profunda excessio in locum minime naturalem.

Excarnia loca uocantur in corpore humano, quæ carne intecta non sunt.

Excerni, id est, repurgari, uentilariq;. Consilia sunt subcernere, & incernere. Inde Excernicula, Incernicula dicta genera cribrorum. Alias excernere est uentre purgare: unde Excrementa dicuntur, quæ & Retrimenta. Columella libro secundo, capite. 21.

Excludant, Gallinæ dicuntur excludere, cum post incubatum pulli maturi rupto ouo nascuntur. Plin, Celerius excludun-

E X

tur calidis diebus. Item. Quædam gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdū excludunt. Dicitur & excludere in eodem significatu. Colum. lib. 8. cap. 2.

Excrementa, purgamenta sunt humana, corporis scilicet, quæcunq; ex superuacuo nutritionis in corpore relinquuntur, quæ expulsiua uirtus egerit.

Excremēta secernere, cacare, mouere aluū, aluum soluere, subducere aluum, suspensam aluum soluere, idem.

Excretio, est superfluitas incumbentiū corporibus incrementorum.

E X E

Exercitiū genera apud Gale. 2 de sanitate τὸ ωντιλίζειν, τὸ ἐκετλατρίζειν, τὸ σκαμαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίσεῖν.

E X G

Exgrumantes, de mensura & recta uia excedentes, uel grumos eruentes.

E X H

Exhalabilia sunt, quæcunq; corpora humorū habent: sic tamen habent, ut euapora re, nisi ignitis addantur, non possunt. 4. Meteo.

Exhalatio, est cōmunis siccii & humidī secreto, quæ uniuersim opera caloris uictiū fieri solet: proindeq; non madefacit, sed calorem potius admouet. 4. Meteoro.

Exherbatur, herbis liberatur, repurgaturq; Colum. libro. 4. cap. 3.

Exhydriæ. Vide, Ecnephiæ.

E X I

Eximij propriæ sunt porci, qui de grege excepti, ad sacrificandum Dijs pascuntur.

Εχινατ, ceruorū genus grande uocant græci, idq; ab oppido eius nominis. Aristot. ἀχαίνατ cognominat.

Εχινος tria significat. Castaneæ aculeatū putamen. Terrestre animal spinosum. Et in mari, & in testaceo genere piscem.

Exitus oculi, græce εκπλωσισ, lege, εκπλωσισ.

E X O

Exocætus piscis, sic dictus, ab eo quod in sic cum somni causa exeat. Circa Clitoriū uocalis hic traditur, & sine branchijs. In Arcadia reperitur. Plin. lib. 9. cap. 19.

Εξομφαλος, p̄cidēs umbilicus. Siquidē procedit ille homini, aut disrupta eo loco interiore membrana, quā qm̄ interraneis omnib. extensa adiacet, græci τετράναιοι uocant:

procidente illac aut omento, aut intestino: & nonnunquam ocioso humore umbilicū subeunte. Aliquando etiā caro eodem loco augetur. Sepenumero etiam sanguis disrupta uena, aut arteria illic coit: ut in dilatationibus contingit. Nonnunq; etiā solus spiritus, omnibus his p̄cedētibus cauſis procidit homini umbilicus. Hinc dicta, ξουφαλογ πάθος, umbilici prominētia. Et, Exomphalon, quod in umbilico ex morbo & inflammatione tumet.

Exostopes, ossium quorundam redundantia, apud Galenum.

E X P

Experimenta unde habuerint ortum, scribit Herodotus historiographus, quōdam agris in compita expositis illis, qui eisdem aliquando morbis laborarent, referre solitos, quibus unusquisq; usus sanitatem recuperauerit: atq; hoc modo, ex multorum usu & experimentis rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione vacua, nondumq; rationalis fuit. Galenus in Introductione, seu Medico.

E X S

Exscreções grammaticis dicuntur, quæ maiore conatu, & crassiore materia extus suantur potius, q̄am exspuuntur.

E X V

Exulceratio in oculis. Lege, Oculorū mor. Exulcerationū quæ in oculis oriuntur, différuntur: sunt, Argemon, Nephelon, Epicoma, Bothrion, Pustula, siue Bulla ardens, Leucoma, Vnguis, Staphiloma, Carbo. Horum morborū aliqui percussione fiūt, aut sine ictu. Argemon exulceratio quædam, quum circa oculorū nigrum alba apparent, circa albū uero subrubida. Nephelon, est caligo, aut exulceratio in superficie eius, quod nigrum dicitur. Epicoma, exulceratio crustulosa, quæ fit in nigro oculorū, neq; diu permanet. Bothrion, est cauum ulcus, uel purum in oculorū nigro. Leucoma, est cicatrix ab exulceratione facta, & hæc crassa, & profunda. Piosis, uel Vnguis, est collectio purulenta humoris, qui in nigro oculi irrepit cum inflammatione ad irim, unguic; similis est. Staphylo- ma, est humidum corpus in pupillæ loco, persimile acino uiræ. Carbo, crustosa exulceratio, cum passione & fluxu, interdū cū bubone & febre, Galen, de Definitionib.

Exulcerationis oculorū affectus sunt, Mydriasis, Phtisis, Nyctylops, Suffusio, Glaucoma, Paralysis, Myopiasis, Strabismus, Pterygion, Enanthis, Proptosis, Chymosis, Synchisis, &c. Mydriasis, est caligatio facultatis uisoriæ, quum humores turban- tur, & effunduntur. Phtisis, est pupillæ cū debilitate uisus extenuatio. Nyctylops, est affectio oculorum sine cauſa evidente. Cōtingit autem, ut qui sunt ita affecti, interdiu nihil uideant, noctu uero acutius. Glaucoma, est mutatio naturalis humoris in colorem cæsiū. Myopiasis, est affectus a generatione nascens: quo affecti, quæ sunt ante oculos uidemus: quæ uero a nobis diſtant, aut modicum, aut omnino nihil uide mus. Strabismus, est solutio muscularum, qui oculum continent, nō quidem omniū, sed aliquorum tantum: propter quem affectum aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum torquentur. Pterygium, est produc- tio corporis alicuius, quæ circa tuniculam corneam admiscetur. Enchantis, est excessus, & abundantia carnis in magno angulo. Proptosis, est quando uiolenta quadam percussione cum strangulatione, & febre continua, uel capitis dolore oculus de sede sua procidit. Chymosis, est humidum corpus membranæ eius quæ oculū circumfit. λευκόη, Græci uocant affectum similem allbæ carni. Synchisis, interdum ex ictu est, nonnunquam surpte natura, ruptio humorum, qui in tunica infima sunt, cum proflus uio albuginei humoris, & alteratione pupillæ fit. Phlyctis, est abscessio, quæ fit in nigro, & totum humorum cum phlegmone, id est, fluxu cōtinet. Myocephalon, est ab exulceratione parua porrectio, atq; perdu- ctio ragoidis, & similis capitis muscæ. Hippus, est affectus ab ortu ipso nascens, propter quæ instabiles semper ipse palpebre, motumq; sustinentes in turbatione, & tremore, aut horrore continuo. Hinc affectū ἡπτικη uocavit Hippocrates. Aut affectus musculi firmantis & corroborantis oculū, qui cōprehendit basim uisorij instrumen- ti. Hypochyma, est humoris liquefactio aquosa, magis, minusue impediens uisum. Differat autem Hypochyma a Glaucomate: quoniā Hypochyma liquefactio est humoris aquosi: Glaucoma uero est mutatio naturalium humorum in album: & quod

F A

in Glaucomate nihil prorsus quis uideat,
in Hypochymate uero modicum.
Exudent, quasi sudando siccescant, exuātq; noxiū succum. Colum. lib. 12. cap. 5.
Exuperantia, eadem quæ & exacinatio. Vide Exacinatio.

E X Y

Έψυχοις, quasi aquatores dicuntur uenti, qui cum pluvijs aqueis grassantur, impetu & confertim effusis.

Faba Græca. Lege, Lotos. Item, Faba græce κύανος. Egit de Fabis Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 18. cap. 12.

Faba Aegyptiaca, quam Ponticam etiā alij uocant, plurimum nascitur in Aegypto, Asia, Ciliciaq; palustribus locis. Grande folium Galerimodo habet, caulem cubita lē, crassitudine digitali, flore roseo, colore duplo, ad papaueris florem magnitudine: qui cū defloruit, uesperū fauis similes utriculos profert, in quib. Fabæ sunt, paululū bullarū modo supra operculum emergentes. Vocatur id Ciboriū, ab aliquibus autē Cibocium: quasi scriniolum: propterea, q; seritur Faba haec, indito in madente gleba semine eius, siccq; in aquā proiecto. Comeditur uiridis Faba haec etiam, nigrescit siccata. De Faba Aegyptiaca haec fere Dioscorides. Vide & Theophrast, libro. 2. de cauſis Plant. cap. 18.

Fabæ Baianæ. Insubres, & Ligures Fabas suas recentes uocant, Baianas.

Fabalia, Fabarum purgamenta, ut inquit Plinius: uel ut M. Vergilio placet, Fabarum frutices, & siliquæ, cum sua cute & corio. Fabaginem, a Faba primus deriuavit Cato de re rustica.

Fabulum, idem quod Faba, teste Gellio, & Festo. Plautus in Sticho. Hęc satis est pro opibus nostris, satis commodule, nucibus fabulis, sīculis.

Fabulum marinum, Papauer corniculatum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 69.

Fabulus, in Catone, quidam pro Faba candida interpretantur, quam ille bubus cum languet, dare præcipit. Etiam si in quibusdam Columellæ exemplaribus ueteribus, Balbulos legitur, fortasse pro Fabulos.

F A C

Faces, ab faciis succensæ similitudine, cœlestis ignis inflammatio.

F A

Faciem, partē eam nominamus dumtaxat in homīne, quę caluæ subiecta est. Nam pisces & bouis faciem dicere non solemus. Aristot. lib. 1. Animalium. cap. 8.

F A G
Fagus, Lege, Quercus.

F A L
Falces, scirpiculæ, a scirpando, id est, a ligando. Nam ijs utuntur in uinea liganda. Faliscus, suis uenter. Papinius. Non Lucanica, non graues Falisci.

Falcosacer, seu Britannicus, aquilæ magnitudine, capreolos inuadit. Falconum multa genera recitat lib. de Animalibus Albertus.

F A M
Fames, morbus est Hippocrati: item sitis, & alia corporis incommoda. Lege Hipp. lib. de Flatibus. fol. 53.

Fames interdum pro defectu ciborum accipitur: interdum pro tenui, & parū idoneo uictu, apud Galen. lib. 2. Aphorismorum, Aphor. 16.

Famescere dicimus, qui ob ciborum inopia in extremam esuritionem perueniunt. Galenus lib. 2. Aphor. Aphor. 16.

Fauces uocantur, internus oris locus, ubi simul conueniunt & gulæ, & gutturis partes extremæ.

F A N
Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui græce ἐρβεοι, & θεοφορούμενοι, quod non sua sponte, sed diuino numine ferantur. Cuiusmodi fere fuerunt quindecim illæ Sybillæ, & apud nos Prophetæ.

Farciminosus, lege, Morbus farciminosus. Farfugium, Chamæleuce, folio populi, sed ampliore, nascens iuxta fluuios: unde Populago dicta. Hanc & Farfariam uocari, Dioscorides testis est, a fluuiio fortasse Farfaro, quem Vergilius Fabarim appellat. In Sabinis Plautus. Dissipabo te, inquit, ut folia Farfari. Haec Barbarus in Corollario Bechij.

Farina hordeacea, differt a Polenta: quia torreuit Polenta, non Farina.

Farinam, Græci ἄλευρον, & ἄλφοτον, & Ha lisparton, & Aliaton, & Aliton uocant. Quanquam Alphiton Polentā fere significat: Aliata, Farinam coctam.

Farraginaria, locus ubi Farrago seritur.